ruit; et ideo nec iudicium eius sufficit ad eligendos tutores, sed inquisitio fit, etiamsi maxime in bona propria liberis suis testamento tutores dederit.

mación hecha por el Pretor; y por esto no basta tampoco su juicio para elegir los tutores, sino que se hace la información, aunque especialmente para sus propios bienes les hubiere dado tutores á sus hijos en su testamento.

## TIT. VII

### DE ADMINISTRATIONE ET PERICULO TUTORUM ET CURATORUM, QUI GESSERINT (1) VEL NON, ET DE AGENTIBUS, VEL CONVENIENDIS UNO VEL PLURIBUS

*[Cf. Cod. V. 37. 38. 40. 52.]*

**1.** Ulpianus *libro XXXV. ad Edictum.*—Gerere atque administrare tutelam extra ordinem tutor cogi solet.

§ 1.—Ex quo scit se tutorem datum, si cesset tutor, suo periculo cessat; id enim a Divo Marco constitutum est, ut, qui scit se tutorem datum, nec excusationem, si quam habet, allegat intra tempora praestituta, suo periculo cesset.

§ 2.—Sufficit tutoribus ad plenam defensionem, sive ipsi iudicium suscipiant, sive pupillus ipsis auctoribus; nec cogendi sunt tutores cavere, ut defensores solent. Licentia igitur erit, utrum malint ipsi suscipere iudicium, an pupillum exhibere, ut ipsis auctoribus iudicium suscipiatur, ita tamen, ut pro his, qui fari non possunt vel absint, ipsi tutores iudicium suscipiant, pro his autem, qui supra septimum annum aetatis sunt et praesto fuerint, auctoritatem praestent.

§ 3.—In causis autem adultorum licentia erit agentibus, vel ipsum adultum praesentem in iudicium vocare, ut consensu curatoris conveniatur, vel contra curatorem agere, ut ipse litem suscipiat; in absentibus autem adultis omnimodo contra curatorem agendum.

§ 4.—Non denegari autem neque tutoribus, neque curatoribus, etiam debitores pupillorum vel adultorum ex persona sua prospectu (2) officii in iudicium vocare, vel iis hoc facientibus suum accommodare consensum.

**2.** Idem *libro IX. ad Edictum.* — Si tutor condemnavit (3), sive ipse condemnatus est, pupillo et in pupillum potius actio iudicati datur; et maxime si non se liti obtulit, sed quum non posset (4) vel propter absentiam pupilli, vel propter infantiam auctor ei esse ad accipiendum iudicium; et hoc etiam Divus Pius rescripsit. Et exinde multis Rescriptis declaratum est, in pupillum dandam actionem iudicati semper tutore condemnato, nisi abstineatur (5); tunc enim nec in tutorem, nec in pupillum, nec pignora tutoris capienda (6) esse, saepe rescriptum est.

§ 1.—Amplius Marcelus libro vicesimo primo (7) Digestorum scribit, et si satisdedit tutor, mox abstinuit pupillus, fideiussoribus quoque eius debere

(1) GESSERUNT, *Hal. Vulg.*
(2) respectu, *Hal.*
(3) commendaverit, *la Vulg.*
(4) maxime si ideo se liti obtulit, quod non posset, *Hal.*

## TÍTULO VII

### DE LA ADMINISTRACIÓN Y DEL RIESGO DE LOS TUTORES Y DE LOS CURADORES, QUE HAYAN, Ó NO, ADMINISTRADO, Y DE UNO Ó VARIOS QUE EJERCITEN ACCIÓN, Ó HAYAN DE SER DEMANDADOS

*[Véase Cód. V. 37. 38. 40. 52.]*

**1.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXXV.* —El tutor suele ser obligado por la vía extraordinaria á desempeñar y á administrar la tutela.

§ 1.—Desde que uno sabe que fué nombrado tutor, si deja de ser tutor, deja de serlo á su riesgo; porque se determinó por el Divino Marco, que el que el sabe que él fué nombrado tutor, y dentro del término establecido no alega excusa, si alguna tiene, deje de serlo á su riesgo.

§ 2.—Basta á los tutores para la plena defensa, ó que ellos mismos acepten el juicio, ó que con la autoridad de los mismos lo acepte el pupilo; y no han de ser obligados los tutores á dar caución, como suelen serlo los defensores. Tendrán, pues, facultad para aceptar el juicio, si ellos lo prefiriesen, ó para exhibir el pupilo, á fin de que con la autoridad de ellos mismos acepte el juicio, pero de suerte que por los que no pueden hablar ó estén ausentes acepten el juicio los mismos tutores, más por los que son de más de siete años de edad, y estuvieren presentes, presten su autoridad.

§ 3.—Mas en las causas de los adultos tendrán facultad los actores ó para llamar á juicio al mismo adulto, que se halla presente, para que sea demandado con el consentimiento del curador, ó para ejercitar contra el curador la acción, á fin de que él mismo acepte el juicio; pero tratándose de adultos ausentes, de todos modos se ha de ejercitar contra el curador la acción.

§ 4.—Mas no se les deniega ni á los tutores, ni á los curadores, llamar á juicio en nombre propio por consideración de su cargo también á los deudores de los pupilos ó de los adultos, ó si estos lo hicieran, prestarles su consentimiento.

**2.** El mismo; *Comentarios al Edicto, libro IX.*— Si el tutor obtuvo condena á su favor, ó si él fué condenado, la acción de cosa juzgada se dá preferentemente al pupilo y contra el pupilo; y principalmente si no se ofreció para el litigio, sino cuando ó por ausencia del pupilo, ó por su infancia, no pudiera prestarle su autoridad para aceptar el juicio; y esto respondió por rescripto también el Divino Pío. Y después se declaró en muchos Rescriptos, que se ha de dar contra el pupilo la acción de cosa juzgada siempre que el tutor haya sido condenado, á no ser que se abstenga; porque entonces, se respondió muchas veces por rescripto, ni contra el tutor, ni contra el pupilo, ni se han de tomar prendas del tutor.

§ 1.—Además escribe Marcelo en el libro vigésimo primero del Digesto, que también si el tutor dió fianza, y después se abstuvo el pupilo, se les

(5) abstineat, *Hal.*
(6) accipienda, *Hal.*
(7) primo, *omítela Hal.*

subveniri. Sed et si pupillus non abstinuit, quemadmodum ipsi, ita et fideiussoribus eius subveniri, maxime si pro absente pupillo, vel pro infante satisdedit.

debe auxiliar asimismo á sus fiadores. Pero aun si el pupilo no se abstuvo, de la misma manera que á él, se auxilia también á sus fiadores, principalmente si dió fianza por pupilo ausente, ó infante.

**3.** Idem *libro XXXV. ad Edictum.*— Si plures curatores dati sunt, Pomponius libro sexagesimo octavo (1) ad Edictum scripsit, ratum haberi debere etiam, quod per unum gestum est; nam et in furiosi curatoribus, ne utilitates furiosi impediantur, Praetor uni eorum curationem decernet, ratumque habebit, quod per eum sine dolo malo gestum est.

**3.** El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XXXV.*—Si se dieron muchos curadores, escribió Pomponio en el libro sexagésimo octavo de sus Comentarios al Edicto, que se debe tener por válido también lo que por uno solo se hizo; porque también tratándose de los curadores del furioso, á fin de que no se pierdan las utilidades del furioso, discernirá el Pretor á uno solo de ellos la curatela, y tendrá por válido lo que por este se haya hecho sin dolo malo.

§ 1.—Si parens vel pater, qui in potestate habet, destinaverit testamento, quis tutorum tutelam gerat, illum debere gerere Praetor putavit; meritoque parentis (2) statur voluntati, qui utique recte filio prospexit. Tantundem Praetor facit et de his, quos parens destinavit testamento, ipse autem (3) confirmavit, ut si parens declaravit, quem velit tutelam administrare, ille solus administret.

§ 1.—Si el ascendiente ó el padre, que tiene á alguien bajo su potestad, hubiere designado en su testamento cuál de los tutores haya de administrar la tutela, juzgó el Pretor que aquel debe administrarla; y con razón se está á la voluntad del ascendiente, que ciertamente miró bien por el hijo. Otro tanto hace el Pretor también respecto de aquellos que el ascendiente designó en su testamento, pero á los que él confirmó, de suerte que si el ascendiente declaró quién quiere que administre la tutela, este solo la administre.

§ 2.—Ceteri igitur tutores non administrabunt, sed erunt hi, quos vulgo honorarios appellamus, nec quisquam putet, ad hos periculum redundare; constat enim, hos quoque excussis prius facultatibus eius, qui gesserit, conveniri oportere, dati sunt enim quasi observatores actus eius et custodes, imputabiturque iis quandoque, cur, si male eum conversari videbant, suspectum eum non fecerunt. Assidue igitur et rationem ab eo exigere eos oportet, et sollicite curare, qualiter conversetur, et si pecunia sit, quae deponi possit, curare, ut deponatur ad praediorum comparationem; blandiuntur enim sibi, qui putant, honorarios tutores omnino non teneri, tenentur enim secundum ea, quae supra ostendimus.

§ 2.—Así, pues, los demás tutores no administrarán, sino que serán los que vulgarmente llamamos honorarios, sin que crea nadie que á ellos no les incumbe ninguna responsabilidad; porque es sabido, que también estos deben ser demandados, hecha excusión primeramente de los bienes del que haya administrado, porque fueron dados como observadores y guardas de la gestión de aquel, y en algún caso se les imputará, si veían que aquel se conducía mal, que no lo hubieren acusado de sospechoso. Así, pues, conviene que asiduamente le exijan ellos también cuenta, y que con solicitud cuiden de cómo se conduce, y que, si hubiera dinero, que pueda depositarse, cuiden de que se deposite para la compra de predios; porque se engañan los que creen que en manera ninguna están obligados los tutores honorarios, pues están obligados conforme á lo que arriba hemos expuesto.

§ 3.—Quamvis autem ei potissimum se tutelam commissurum Praetor dicat, cui testator delegavit, attamen nonunquam ab hoc recedet, utputa si pater minus penso consilio hoc fecit, forte minor viginti quinque annis, vel eo tempore fecit, quo iste tutor bonae vitae vel frugi videbatur, deinde postea idem coepit male conversari ignorante testatore, vel si contemplatione facultatum eius res ei commissa est, quibus postea exutus est.

§ 3.—Mas aunque diga el Pretor que preferentemente habrá de encomendar él la tutela á quien el testador delegó, sin embargo, se retraerá de esto algunas veces, por ejemplo, si el padre hizo aquello con resolución poco meditada, siendo acaso menor de veinticinco años, ó lo hizo á la sazón en que este tutor parecía de buena vida y morigerado, y después comenzó el mismo á conducirse mal, ignorándolo el testador, ó si la tutula le fué encomendada en consideración á sus bienes, de los que después fué despojado.

§ 4.—Nam et si unum pater dederit tutorem, nonnunquam ei adiunguntur curatores; nam Imperator noster cum patre rescripsit, quum duos quis libertos suos tutores dedisset, unum rerum Italicarum, alium rerum Africanarum, curatores iis adiungendos; nec patris secuti sunt voluntatem.

§ 4.—Porque también si el padre hubiere nombrado un solo tutor, se le agregan á veces curadores; pues respondió por rescripto nuestro Emperador, juntamente con su padre, que cuando alguno hubiese dado como tutores dos libertos suyos, uno para bienes en Italia, y otro para bienes en Africa, se les habían de agregar curadores; y no se atuvieron á la voluntad del padre.

§ 5.—Quod in tutoribus scriptum (4) est, et in curatoribus erit observandum, quos pater testamento destinavit, a Praetore confirmandos.

§ 5.—Lo que se ha escrito respecto á los tutores, que los que el padre designó en el testamento han de ser confirmados por el Pretor, se habrá de observar también en cuanto á los curadores.

§ 6.—Apparet igitur Praetori curae fuisse, ne tutela per plures administretur, quippe etsi pater

§ 6.—Se vé, pues, que el Pretor tuvo cuidado de que la tutela no fuese administrada por muchos,

(1) vigesimo nono, *la Vulg.*
(2) patris, *Hal.*

(3) testamento, aut confirmavit, *Hal.*
(4) rescriptum, *Hal. Vulg.*

non destinaverit, quis gerere debeat, attamen id agit, ut per unum administretur; sane enim facilius unus tutor et actiones exercet, et excipit, ne per multos tutela spargatur.

porque aunque el padre no hubiere designado quien deba administrar, hace, sin embargo, esto, para que sea administrada por uno solo; porque, á la verdad, un solo tutor ejercita más fácilmente las acciones, y opone las excepciones, para que la tutela no se divida entre muchos.

§ 7.—Si non erit a testatore electus tutor, aut gerere nollet, tum is gerat, cui maior mars tutorum tutelam decreverit; Praetor igitur iubebit eos convocari, aut, si non coibunt, aut coacti non decernent, causa cognita ipse statuet, quis tutelam geret.

§ 7.—Si el tutor no hubiere sido elegido por el testador, ó si no quisiera administrar, en este caso administre aquel á quien la mayor parte de los tutores hubiere discernido la tutela; así, pues, mandará el Pretor que se reunan, ó, si no se reunieren, ó congregados no la discernieren, determinará él mismo, con conocimiento de causa, quien administrará la tutela.

§ 8.—Plane si non consentiant tutores Praetori, sed velint omnes gerere, quia fidem non habeant electo, nec patiuntur succedanei esse alieni periculi, dicendum est, Praetorem permittere iis omnibus gerere.

§ 8.—Mas si los Pretores no convinieran con el Pretor, sino que todos quisieran administrar, porque no tengan confianza en el elegido, y no consienten ser subrogados en la responsabilidad de otro, se ha de decir, que el Pretor debe permitirles á todos ellos que administren.

§ 9.—Item si dividi inter se tutelam velint tutores, audiendi sunt, ut distribuatur inter eos administratio,

§ 9.—Asimismo, si los tutores quisieran dividirse entre sí la tutela, han de ser oidos, para que entre ellos se distribuya la administración,

**4.** [**3**.] (1) Idem *libro IX. ad Edictum.*—vel in partes, vel in regiones; et si ita fuerit divisa, unusquisque exceptione summovebitur pro ea parte, vel regione quam non administrat.

**4.** [**3**.] El mismo; *Comentarios al Edicto, libro IX.*—ó en partes, ó por regiones; y si así hubiere sido dividida, cada uno será repelido con excepción respecto de aquella parte, ó región, que no administra.

**5.** [**4**.] Idem *libro XXXV. ad Edictum.*— Ita autem depositioni pecuniarum locus est, si ea summa corradi, id est colligi (2) possit, ut comparari ager possit; si enim tam exiguam esse tutelam facile probatur, ut ex numo refecto praedium puero comparari non possit, depositio cessat. Quae ergo tutelae quantitas depositionem indicat, videamus. Et quum causa depositionis exprimatur, ut praedia pupillis comparentur, manifestum est, ut ad minimas summas non videatur pertinere; quibus modus praefiniri generaliter non potest, quum facilius causa cognita per singulos possit examinari. Nec tamen auferenda facultas est, etiam minores summas interdum deponi postulare, si suspecti tutores esse videantur.

**5.** [**4**.] El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XXXV.*—Mas hay lugar al depósito de cantidades, en este caso, si se pudiera acumular, esto es, reunir la suma, para que pueda comprarse un campo; porque si con facilidad se prueba que la tutela es tan exigua, que con el dinero reunido no se puede comprar un predio para el pupilo, deja de tener lugar el depósito. Veamos, pues, qué cuantía de la tutela indica el depósito. Y puesto que se expresa como causa del depósito, que se compren predios para los pupilos, es evidente, que no se considera que se refiere á cantidades mínimas; para las que no se puede prefijar en general cuantía, pudiéndose examinar más fácilmente con conocimiento de causa por cada uno. Pero no se ha de quitar la facultad de pedir que á veces se depositen también las cantidades pequeñas, si pareciera que los tutores son sospechosos.

§ 1.—Gessisse autem videtur tutor, qui quid omnino pupillare attigit, etiamsi modicum; cessantque partes eorum, qui solent cessantes cogere administrare.

§ 1.—Pero se considera que administró el tutor que en algún modo puso mano en cosa del pupilo, aunque pequeña; y cesan las funciones de los que suelen obligar á administrar á los que dejan de hacerlo.

§ 2.—Quodsi posteaquam gessit, tunc se gestu abstinuit, etiam suspecti postulatio succedit.

§ 2.—Pero si después que administró se abstuvo de la administración, también tiene lugar la acusación de sospechoso.

§ 3.—Quodsi quis tutelam mandaverit gerendam, gestaque fuerit ab eo, cui mandatum est, locus erit tutelae actioni; videtur enim gessisse, qui per alium gessit; quodsi non accessit is, cui mandatum est, utili actione convenitur.

§ 3.—Mas si alguno hubiere mandado que se administrase la tutela, y hubiere sido administrada por aquel á quien se le mandó, habrá lugar á la acción de tutela; porque se considera que administró el que administró por medio de otro; pero si no se encargó de ella aquel á quien se le mandó, es demandado por la acción útil.

§ 4.—Debitor patris, qui tutelam administravit filii, tutelae iudicio tenebitur etiam ob id, quod patri debuit.

§ 4.—El deudor del padre, que administró la tutela del hijo, estará obligado por la acción de tutela aún por lo que debió al padre.

§ 5.—Si tutor pupillum suum puberem factum non admonuerit, ut sibi curatores peteret—sacris enim Constitutionibus hoc facere iubetur, qui tu-

§ 5.—Si el tutor no le hubiere advertido á su pupilo, hecho púbero, que pidiese curadores para sí—pues en las sacras Constituciones se manda que

(1) *Hal. unió este fragmento al anterior, omitiendo la inscripción.*

(2) id est colligi, *omítelas Hal.*

telam administravit—, an tutelae iudicio teneatur? Et magis puto sufficere tutelae iudicium, quasi connexum sit hoc tutelae officio, quamvis post pubertatem admittatur.

§ 6.—Post completum vicesimum quintum annum aetatis, si nondum rationes redditae sunt, nec ad causam instrumenta pertinentia, fidei ac verecundiae curatorum convenit, ut consilio suo coeptam litem perficiant. Si igitur cessent in his, quae constituta sunt, faciendis, magis puto sufficere negotiorum gestorum iudicium, etiamsi (1) actum est, si tamen huius rei ratio reddita non est.

§ 7.—[**6.**] (2) Iulianus libro vicesimo primo Digestorum huiusmodi speciem proponit: quidam decedens filiis suis dederat tutores, et adiecerat: «eosque aneclogistos (3) esse volo»; et ait Iulianus, tutores, nisi bonam fidem in administratione praestiterint, damnari debere, quamvis testamento comprehensum sit, ut aneclogisti (4) essent. Nec eo nomine ex causa fideicommissi quidquam consequi debebunt, ut ait Iulianus; et est vera ista sententia, nemo enim ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus, nec mutare formam antiquitus constitutam; damnum vero, quodcunque ex tutela quis senserit, et legari, et per fideicommissum ei relinqui potest.

§ 8.—Papinianus libro quinto Responsorum ita scribit: pater tutelam filiorum consilio matris geri mandavit, et eo nomine tutores liberavit; non idcirco minus officium tutorum integrum erit, sed viris bonis conveniet, salubre consilium matris admittere, tametsi neque liberatio tutoris, neque voluntas patris, aut intercessio matris tutoris officium infringat.

§ 9.—Usque adeo autem licet tutoribus patris praeceptum negligere, ut, si pater caveret, ne quid rei suae distraheretur, vel ne mancipia distrahantur, vel ne vestis, vel ne domus, vel ne aliae res periculo subiectae, liceat iis comtemnere hanc patris voluntatem.

§ 10.—Ex quo innotuit tutor (5), se tutorem esse, scire debet, periculum tutelae ad eum pertinere. Innotescere autem qualiterqualiter sufficit, non utique testato eum conveniri; nam etsi citra testationem, scilicet undecunque cognovit, nulla dubitatio est, quin debeat periculum ad ipsum respicere;

**6.** [**5.** *H.* **7.** *V.*] Idem *libro XXXVI. ad Edictum.*—hoc autem, quod cognovit tutor, pupillus probare debebit.

**7.** [**6.** *H.* **8.** *V.*] Idem *libro XXXV. ad Edictum.* — Tutor, qui repertorium non fecit, quod vulgo inventarium appellatur, dolo (6) fecisse videtur, nisi forte aliqua necessaria et iustissima causa allegari possit, cur id factum non sit. Si quis igitur dolo inventarium non fecerit, in ea conditione est, ut teneatur in id, quod pupilli interest; quod ex iureiurando in litem aestimatur. Nihil itaque gerere ante inventarium factum eum

haga esto el que administró la tutela—¿estará obligado por la acción de tutela? Y más bien creo que se dá la acción de tutela, como si esto fuera anejo al cargo de la tutela, aunque se haga después de la pubertad.

§ 6.—Si después de cumplidos los veinticinco años de edad, no se entregaron todavía las cuentas, ni los documentos pertenecientes á la causa, conviene á la confianza y al decoro de los curadores terminar el litigio comenzado por su consejo. Así, pues, si dejasen de hacer lo que está mandado, creo más bien que compete la acción de gestión de negocios, aunque se haya ejercitado, si, no obstante, no se rindió la cuenta de este negocio.

§ 7.—[**6.**] Juliano propone este caso en el libro vigésimo primero de su Digesto: uno al morir había dado tutores á sus hijos, y había añadido; «y quiero que ellos estén exentos de dar cuentas». Y dice Juliano, que, si no hubieren observado buena fé en su administración, deben ser condenados los tutores, aunque se haya expresado en el testamento, que estén exentos de rendir cuentas. Y no deberán por esta razón obtener cosa alguna por causa de fideicomiso, como dice Juliano; y es verdadera esta opinión, porque nadie puede dispensar con semejantes disposiciones el derecho público, ni cambiar la forma de antiguo establecida; pero el perjuicio que alguno hubiere experimentado por causa de la tutela, se le puede legar y dejar á él por fideicomiso.

§ 8.—Escribe así Papiniano en el libro quinto de sus Respuestas: mandó el padre que la tutela de los hijos fuese administrada con consejo de la madre, y por esta razón liberó á los tutores; mas no por ello estará menos íntegro el cargo de los tutores, sino que convendrá á hombres buenos admitir un saludable consejo de la madre, aunque ni la liberación del tutor, ni la voluntad del padre, ó la intervención de la madre, quebrante el cargo del tutor.

§ 9.—Mas en tanto les es lícito á los tutores desatender un precepto del padre, que, si el padre dispusiese que no se enajenase cosa alguna de sus bienes, ó que no se vendieran esclavos, ó vestidos, ó una casa, ú otras cosas sujetas á riesgo, les será lícito desatender esta voluntad del padre.

§ 10.—Desde que supo el tutor que él es tutor, debe saber que le corresponde el riesgo de la tutela. Mas basta que lo sepa de cualquier manera, sin que, á la verdad, sea él requerido ante testigos; porque aunque sin notificación ante testigos, cuando de algún modo lo supo, no hay duda alguna de que deba corresponderle el riesgo;

**6.** [**5.** *H.* **7.** *V.*] El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XXXVI.*—mas el pupilo deberá probar que el tutor lo supo.

**7.** [**6.** *H.* **8.** *V.*] El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XXXV.*—El tutor, que no hizo el repertorio, que vulgarmente se llama inventario, se considera que obró con dolo, salvo si acaso pudiera alegarse alguna causa necesaria y justísima, por la cual aquel no haya sido hecho. Así, pues, si por dolo no hubiere hecho alguno el inventario, se halla en el caso de que sea responsable de lo que le importa al pupilo; lo que se estima para el litigio en vir-

(1) *Taur.;* si, *omítela el códice Fl.*
(2) *Según ediciones vulgares.*
(3) ἀνεκλογίστους, *[rationibus reddendis solutos], Hal.*

(4) ἀνεκλόγιστοι, *Hal.*
(5) tutori, *Hal.*
(6) malo, *inserta la Vulg.*

oportet, nisi id, quod dilationem nec modicam exspectare possit.

§ 1.—Si tutor cessaverit in distractione earum rerum, quae tempore depereunt, suum periculum facit; debuit enim confestim officio suo fungi. Quid, si contutores exspectabat vel differentes; vel etiam volentes se excusare, an ei ignoscatur? Et non facile ignoscetur; debuit enim partibus suis fungi non quidem praecipiti festinatione, sed nec moratoria cunctatione.

§ 2.—Competet adversus tutores tutelae actio, si male contraxerint, hoc est, si praedia comparaverint non idonea, per sordes aut gratiam. Quid ergo, si neque sordide, neque gratiose, sed non bonam conditionem elegerint? Recte quis dixerit, solam latam negligentiam eos praestare in hac parte debere.

§ 3.—Si post depositionem pecuniae comparare praedia tutores neglexerunt, incipient in usuras conveniri. Quamquam enim a Praetore cogi eos oportet ad comparandum, tamen, si cessent, etiam usuris plectendi sunt tarditatis gratia, nisi si per eos factum non est, quominus compararent.

§ 4.—Pecuniae, quam in usus suos converterunt tutores, legitimas usuras praestant, sed hoc ita demum, si evidenter doceantur pecuniam in usus suos convertisse. Ceterum non utique, qui non foeneravit, vel non deposuit, in suos usus vertit; et ita Divus Severus decrevit. Doceri igitur debet, in usus suos pecuniam vertisse.

§ 5.—Vertisse in suos usus non accipimus eum, qui debitor patris pupilli fuit, deinde ipse sibi non solvit; hic enim eas usuras praestabit, quas patri promiserat.

§ 6.—Si tutor pecuniam pupillarem suo nomine foeneravit, ita demum cogetur usuras, quas percepit, praestare, si suscipiat pupillus ceterorum nominum periculum.

§ 7.—Si deponi oportet pecunias ad praediorum comparationem, si quidem factum est, usurae non current; sin vero factum non est, si quidem nec praeceptum est, ut deponantur, pupillares praestabuntur; si praeceptum est, et neglectum, de modo usurarum videndum est. Et solent Praetores comminari, ut, si non fiat depositio, vel quanto tardius fiat, legitimae usurae praestentur; si igitur comminatio intercessit, iudex, qui quandoque cognoscet, decretum Praetoris sequetur.

§ 8.—Idem solent facere Praetores etiam circa eos tutores, qui negant habere (1) ad alendos pupillos penes se aliquid, ut quidquid constiterit penes eos esse, eius gravissima usura pendatur; et hoc persequi oportere iudicem palam est, cum et alia poenae adiectione.

§ 9.—Residuarum autem summarum pupillares usuras pendi oportet.

§ 10.—Quae autem sunt (2) pupillares usurae, videndum est; et apparet, hanc esse formam usurarum, ut eius quidem pecuniae, quam quis in usus suos convertit, legitimam usuram praestet.

tud de juramento. En su consecuencia, conviene que no administre nada antes de haberse hecho el inventario, á no ser aquello que no pueda esperar ni corta dilación.

§ 1.—Si el tutor hubiere tardado en la venta de las cosas que perecen con el tiempo, hace suya la pérdida; porque debió desempeñar desde luego su cargo. ¿Qué se dirá, se le perdonará acaso, si esperaba á los contutores que ó lo diferían, ó aún que querían excusarse? Y no se le perdonará fácilmente; porque debió ejercer sus funciones, no ciertamente con precipitado apresuramiento, pero tampoco con morosa tardanza.

§ 2.—Competerá contra los tutores la acción de tutela, si hubieren contratado mal, esto es, si hubieren comprado predios no convenientes, por sordidez ó por favor. ¿Qué se dirá, pues, si no lo hicieron ni por sordidez, ni por favor, sino que hubieren elegido una condición que no era buena? Con razón dirá cualquiera, que en este caso deben ellos prestar solamente la negligencia lata.

§ 3.—Si después de depositado el dinero, los tutores descuidaron comprar predios, podrán ser demandados por los intereses. Porque aún cuando conviene que sean apremiados por el Pretor para que los compren, sin embargo, si dejáran de hacerlo, deben ser castigados también con los intereses por razón de su tardanza, salvo si en ellos no consistió que no los comprasen.

§ 4.—Los tutores pagan los intereses legales del dinero que aplicaron á sus propios usos, pero esto solamente, si evidentemente se les probara que invirtieron el dinero en sus propios usos. Pero no lo invierte ciertamente en sus propios usos el que no lo prestó á interés, ó no lo depositó; y así lo decidió el Divino Severo. Se debe, pues, probar, que invirtió el dinero en sus propios usos.

§ 5.—No entendemos que lo invirtió en sus propios usos el que fué deudor del padre del pupilo, y después él no se pagó á sí mismo; porque este pagará los intereses que había prometido al padre.

§ 6.—Si el tutor hubiere dado á interés en su propio nombre dinero del pupilo, estará obligado á pagar los intereses que percibió, solamente si el pupilo asumiera el riesgo de los demás créditos.

§ 7.—Si conviene que se depositen dineros para la compra de predios, si verdaderamente se hizo, no correrán los intereses; pero si no se hizo, ni verdaderamente se mandó que se depositasen, se pagarán los pupilares; y si se mandó, y no se hizo, se ha de ver sobre la cuantía de los intereses. Y los Pretores suelen amenazar con que si no se hace el depósito, ó se hace algo más tarde, se paguen los intereses legítimos; si, pues, medió la conminación, el juez, que á la sazón conociere, observará el decreto del Pretor.

§ 8.—Lo mismo suelen hacer los Pretores también respecto á los tutores, que dicen que no tienen en su poder cosa alguna para alimentar á los pupilos, á fin de que se paguen los mayores intereses de todo lo que constare que hay en poder de ellos; y es evidente que esto debe perseguirlo el juez, con imposición además de otra pena.

§ 9.—Pero de las demás sumas deben pagarse los intereses pupilares.

§ 10.—Mas se ha de ver cuáles son los intereses pupilares; y aparece que la norma de los intereses es esta, que del dinero que uno aplicó á sus propios usos pague el interés legítimo. Pero también

(1) haberi, *Hal.*

(2) sint, *Hal.*

Sed et si negavit, apud se esse pecuniam, et Praetor pronuntiavit contra eum, legitimas solvere debebit, vel si moram depositioni fecit, et Praetor irrogavit ei legitimas. Sed et si, dum negat aliquam quantitatem penes se esse, pupillis ad onera sua expedienda imposuit necessitatem mutuam pecuniam legitimis usuris accipiendi, tenebitur in legitimis; item si a debitoribus legitimas exegit. Ex ceteris causis secundum morem provinciae praestabit usuras aut quincunces, aut trientes, aut si quae aliae leviores in provincia frequentantur.

§ 11.—Usurae a tutoribus non statim exiguntur, sed interiecto tempore ad exigendum et ad collocandum duum mensium; idque in iudicio tutelae servari solet. Quod spatium seu laxamentum temporis tribui non oportet his, qui numos impuberum vel adolescentium in suos usus converterunt.

§ 12.—Si usuras exactas tutor vel curator usibus suis retinuerint, earum usuras agnoscere eos oportet; sane enim parvi refert, utrum sortem pupillarem, an usuras in usus suos converterint.

§ 13.—Pecuniae, quae in arca fuit, etiam heredes curatoris (1) tamdiu usuras praestabunt, quamdiu non interpellaverint, ut loco defuncti curator (2) constituatur.

§ 14.—Si tutor pro contutore condemnetur, an etiam in usuras condemnandus sit, quaeritur. Et placet, ut multis Rescriptis continetur, et Papinianus libro duodecimo Quaestionum ait, etiam in usuras eum condemnandum, si suspectum facere supersedit; et quidem eas demum usuras cogendum praestare, quas etiam suae administrationis cogitur (3).

§ 15.—Sciendum est, tutorem et post officium finitum usuras debere in diem, quo tutelam restituit.

**8.** [**7.** *H.* **9.** *V.*] Idem *libro XXIII. ad Edictum.*—Si tutelae agat is, cuius tutela administrata est, dicendum est, nonnunquam diem creditae pecuniae exspectandam, si forte tutor pecunias crediderit pupilli nomine, quarum exigendarum dies nondum venit; sane, quod ad pecunias attinet, ita demum verum est, si potuit et debuit credere, ceterum si non debet (4) credere, non exspectabitur.

**9.** [**8.** *H.* **10.** *V.*] Idem *libro XXXVI. ad Edictum.*—Quoties tutor pecuniam pupillarem foenori dat, stipulatio hoc ordine facienda est; stipulari enim debet aut pupillus, aut servus pupilli. Quodsi neque pupillus eius aetatis erit, ut stipulari possit, neque servum habebit, tunc ipse tutor (5), quive in eius potestate erit; quo casu Iulianus saepissime scripsit, utilem actionem pupillo dandam. Sed et si absens sit pupillus, oportere tutorem suo nomine stipulari, nequaquam ambigendum est.

§ 1.—Si paterfamilias eum, pro quo fideiussit, tutorem dederit filio suo, officio tutoris convenit, ut, quum dies pecuniae praeterierit, creditori de-

si negó que en su poder hubiera dinero, y el Pretor falló contra él, deberá pagar los legítimos, ó si fué moroso para el depósito, y el Pretor le impuso los legales. Pero también estará obligado á los legales, si, negando que en su poder hubiera alguna cantidad, impuso á los pupilos la necesidad de recibir con los intereses legales dinero en mútuo para levantar sus propias cargas; y lo mismo, si de los deudores cobró los legales. En los demás casos pagará, conforme á la costumbre de la provincia, intereses ó del cinco, ó del cuatro por ciento, ú otros menores, si algunos son frecuentes en la provincia.

§ 11.—Los intereses no se les exijen desde luego á los tutores, sino habiendo mediado el espacio de dos meses para cobrar y para colocar el dinero; y esto es lo que se suele observar en el juicio de tutela. Cuyo espacio ó dilación de tiempo no debe concederse á los que aplicaron á sus propios usos los dineros de los impúberos ó de los adolescentes.

§ 12.—Si el tutor ó el curador hubiere retenido para sus propios usos los intereses percibidos, conviene que pague intereses de los mismos; porque poco importa que haya convertido en sus propios usos, ó el capital del pupilo, ó los intereses.

§ 13.—Del dinero que hubo en caja pagarán intereses también los herederos del curador, por tanto tiempo cuanto no hubieren reclamado que se nombre curador en lugar del difunto.

§ 14.—Si por su contutor fuese condenado un tutor, se pregunta si haya de ser condenado también en los intereses. Y se halla establecido, como en muchos Rescriptos se contiene, y dice Papiniano en el libro duodécimo de sus Cuestiones, que ha de ser condenado también en los intereses, si fué moroso en acusarlo de sospechoso; y ciertamente ha de ser obligado á pagar solamente aquellos intereses á que también es obligado por razón de su administración.

§ 15.—Se ha de saber, que el tutor, aún después de terminado su cargo, debe los intereses hasta el dia en que restituye la tutela.

**8.** [**7.** *H.* **9.** *V.*] El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XXIII.*—Si ejercitara la acción de tutela aquel cuya tutela fue administrada, se ha de decir, que á veces se ha de esperar el vencimiento del dinero prestado, si acaso el tutor hubiere prestado á nombre del pupilo dinero, cuyo dia para exigirlo aún no ha llegado; á la verdad, en lo que al dinero atañe, es esto verdadero solamente si pudo y debió prestarlo, pero si no debe prestarlo, no se esperará.

**9.** [**8.** *H.* **10.** *V.*] El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XXXVI.*—Siempre que el tutor dá á interés dinero del pupilo, se ha de hacer la estipulación en esta forma; porque debe estipular ó el pupilo, ó un esclavo del pupilo. Pero si ni el pupilo fuere de tal edad, que pueda estipular, ni tuviere esclavo, entonces, el mismo tutor, ó el que estuviere bajo su potestad; en cuyo caso, escribió muchísimas veces Juliano, se ha de dar al pupilo la acción útil. Pero también si el pupilo estuviera ausente. de ningún modo se ha de dudar que el tutor deba estipular en su propio nombre.

§ 1.—Si un padre de familia le hubiere dado á su hijo por tutor á aquel por quien salió fiador, conviene al cargo del tutor, que cuando hubiere

(1) *Hal.;* curatoris, *otros en el mismo.*
(2) tutor, *otros en Hal.*
(3) quas ex sua etiam administratione cogeretur, *Hal.*

(4) debuit, *Hal.*
(5) stipuletur, *inserta la Vulg.*

bitum solvat; et ideo cessante eo, si pupillus suae tutelae factus solverit ex causa fideiussoria, non solum mandati, sed etiam tutelae agere poterit; hoc enim ei imputatur, cur pro se non solverit. Quodsi in diem debitor fuit iste tutor, quibusdam videtur, non venire in tutelae iudicium, si modo is dies post tutelam finitam supervenit. Quodsi dies adhuc durante tutela venit, putant omnimodo devolvi in tutelae iudicium. Ego et hoc, et superius ita verum puto, si facultatibus labi tutor coepit, ceterum si idoneus tutor fuit, nihil venire in tutelae iudicio (1). Nec quisquam putet, nullum effectum hoc habere; namque si quis dixerit, in tutelae iudicium devolvi, et privilegio locus est, et fideiussores tenebuntur, si rem salvam fore cautum est.

§ 2.—Item si temporali actione fuit obligatus tutor, dicendum est, locum esse (2) tutelae iudicio, ut perpetua actio sit.

§ 3.—Et generaliter, quod adversus alium praestare debuit pupillo suo, id adversus se quoque praestare debet, fortassis et plus; adversus alios enim experiri sine actione non potuit, adversus se potuit.

§ 4.—Sed si sub usuris gravioribus patri pupilli pecuniam debuit, quam sint pupillares, videndum est, an ei aliquid imputetur? Et si quidem solvit, nihil est, quod ei imputetur, potuit enim solvere, nec onerare se usuris; si vero non solvit, usuras cogendus est agnoscere, quas a se exigere debuit.

§ 5.—Sicut autem solvere tutor, quod debet, ita et exigere, quod sibi debetur (3), potest, si creditor fuit patris pupilli; nam et sibi solvere potest, si modo fuit pecunia, unde solvat, et si usurae fuerunt graviores, quae ei debebantur, relevabitur iis pupillus, quia tutor se potuit liberare, sicut aliis quoque solvere et potuit, et debuit.

§ 6.—Nec utique necesse habet, si conveniatur, per iudicem solvere (4), idcircoque si mala causa pupillaris est, denuntiare (5) sibi verum debet. Denique Imperator Antoninus cum patre etiam honoraria eos imputare pupillo prohibuit, si supervacaneam litem instituissent, quum convenirentur a vero creditore; nec enim prohibentur tutores bonam fidem agnoscere.

§ 7.—Non tantum autem sibi solvere tutor, verum etiam sibi creditam pecuniam scribere potest, ut Marcellus libro octavo Digestorum scripsit; seque mutua pecunia poterit obligare sibi mutuam proscribendo (6).

§ 8.—Constat eum, qui ad augmentum datur, utputa ad bona materna, quae postea accesserunt, vel ad quid aliud augmentum, administrare bona pristina non solere. Si autem suspectum facere priorem tutorem supersedit, vel satis ab eo exigere, plectetur.

§ 9.—Per contrarium autem, qui datus est simpliciter tutor pupillo vel curator, si quid postea

transcurrido el vencimiento del dinero, pague la deuda al acreedor; y por esto, al cesar él, si el pupilo, hecho dueño de su propia tutela, hubiere pagado por causa de la fianza, podrá ejercitar no solamente la acción de mandato, sino también la de tutela; pues se le imputa esto, por qué no pagó por sí mismo. Mas si este tutor fué un deudor á término, les parece á algunos, que no se comprende la deuda en la acción de la tutela, si aquel término llegó después de finida la tutela. Pero si llegó el vencimiento durando todavía la tutela, opinan que de todos modos es comprendida en la acción de la tutela. Yo considero que esto y lo anterior es verdad de este modo, si el tutor comenzó á carecer de bienes, pero que si el tutor fué idóneo, no se comprende nada en la acción de la tutela. Y no crea alguien, que esto no tenga efecto alguno; porque si alguien dijere, que se comprende en la acción de la tutela, há lugar al privilegio, y estarán obligados los fiadores, si se dió caución de que quedarían á salvo los bienes.

§ 2.—Asimismo, si el tutor estuvo obligado por acción temporal, se ha de decir, que há lugar á la acción de la tutela, para que la acción sea pérpetua.

§ 3.—Y en general, lo que por su pupilo debió hacer contra otro, debe hacerlo también contra sí mismo, y acaso más; porque contra los otros no pudo proceder sin acción, y pudo contra sí mismo.

§ 4.—Pero si debió dinero al padre del pupilo con intereses mayores de lo que son los pupilares, se ha de ver si se le imputará alguna cosa. Y si verdadaramente pagó, no hay nada que se le impute, porque pudo pagar, y no gravarse con los intereses; pero si no pagó, ha de ser obligado á pagar los intereses, que debió cobrar de sí mismo.

§ 5.—Mas así como el tutor puede pagar lo que debe, así también puede exigir lo que á él se le debe, si fué acreedor del padre del pupilo; porque puede pagarse también á sí mismo, si hubo dinero con que se pague, y si fueren mayores los intereses que se le debían, será relevado de ellos el pupilo, porque el tutor pudo liberarse á sí mismo, así como pudo y debió pagar también á otros.

§ 6.—Y no tiene ciertamente necesidad, si fuera demandado, de pagar por medio del juez, y por esto, si es mala la causa del pupilo, debe confesar la verdad. Finalmente, el Emperador Antonino prohibió, juntamente con su padre, que también le pusieran en cuenta al pupilo los honorarios, si hubiesen promovido un litigio inútil, cuando fuesen demandados por un acreedor verdadero; porque no se les prohibe á los tutores que reconozcan la buena fé.

§ 7.—Mas no solo puede pagarse á sí mismo el tutor, sino que también puede anotar el dinero que se le haya prestado, según escribió Marcelo en el libro octavo de su Digesto; y podrá obligarse por dinero dado en mútuo, anotando el que se le dió en mútuo.

§ 8.—Es sabido, que el que se nombra para el aumento, por ejemplo, para los bienes maternos que después correspondieron, ó para otro aumento cualquiera, no suele administrar los primitivos bienes. Pero si omitió acusar de sospechoso al primer tutor, ó exigirle fianza, será castigado.

§ 9.—Mas por el contrario, el que fué nombrado simplemente tutor del pupilo, ó curador, si algún

(1) iudicium, *Hal.*
(2) in, *inserta Hal.*
(3) a pupillo, *inserta Hal.*
(4) tueri enim debet causam pupilli, si iusta est; *inserta Hal.*
(5) denuntiari, *Hal.*
(6) praescribendo, *Hal.*; perscribendo, *conjetura Br.*

augmenti accesserit, periculo tenetur, quamvis soleat ad augmentum dari curator; quae res non facit, ut ipsa augmenta non pertineant ad curam priorum (1), ad quos omnis utilitas pupillorum debet pertinere. Sive igitur datus est, communicatur periculum cum prioribus, sive datus non est, tenetur administrationis necessitate is, qui antea erat datus.

aumento hubiere correspondido después, se hace responsable á la pérdida, aunque se suela dar curador para el aumento; lo cual no hace que los mismos aumentos no correspondan á la curatela de los primeros, á los cuales debe corresponder toda utilidad de los pupilos. Así, pues, si fué nombrado, la responsabilidad se le hace común con los primeros, y si no fué nombrado, se obliga por la necesidad de la administración el que antes había sido nombrado.

**10.** [**9.** *H.* **11.** *V.*] IDEM *libro XLIX. ad Edictum.*—Generaliter, quotiescunque non fit nomine pupilli, quod qüivis paterfamilias idoneus facit, non videtur defendi; sive igitur solutionem, sive iudicium, sive stipulationem detrectat, defendi non videtur.

**10.** [**9.** *H.* **11.** *V.*] EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XLIX.*—Y en general, siempre que no se hace en nombre del pupilo lo que hace cualquier padre de familia idóneo, no se considera que se le defiende; así, pues, si desatiende un pago, ó un juicio, ó una estipulación, no se considera que se le defiende.

**11.** [**10.** *H.* **12.** *V.*] IDEM *libro XXXIII. ad Edictum.*— Circa pupillum, cuius tutor servus erat pronuntiatus, Divus Pius rescripsit, in rebus, quas ex pecunia pupilli servus comparaverat, dominum non posse uti praerogativa deductionis; quod et in curatore observandum est.

**11.** [**10.** *H.* **12.** *V.*] EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIII.*—Respecto al pupilo, cuyo tutor había sido declarado esclavo, respondió por rescripto el Divino Pío, que, en cuanto á las cosas que el esclavo había comprado con dinero del pupilo, no podía usar su señor de la prerogativa de la deducción; lo que se ha de observar también respecto al curador.

**12.** [**11.** *H.* **13.** *V.*] PAULUS *libro XXXVIII. ad Edictum.*—Quum plures tutelam gerunt, nulli eorum in contutorem actio pupilli nomine datur.

§ 1.—Quae bona fide a tutore gesta sunt, rata habentur etiam ex Rescriptis Traiani et Hadriani; et ideo pupillus rem a tutore legitime distractam vindicare non potest, nam et inutile est pupillis, si administratio eorum non servatur, nemine scilicet emente; nec interest, tutor solvendo fuerit, nec ne, quum, si bona fide res gesta sit, servanda sit, si mala fide, alienatio non valeat (2).

§ 2.—Nimium est, licere tutori respectu existimationis pupilli erogare ex bonis eius, quod ex suis non honestissime fuisset erogaturus.

§ 3.—Quum tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus pupilli praeponatur, inprimis mercedes praeceptoribus, non quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonii, pro dignitate natalium constituet, alimenta servis libertisque, nonnunquam etiam exteris (3), si hoc pupillo expediet, praestabit, solemnia munera parentibus cognatisque mittet; sed non dabit dotem sorori (4) alio patre natae, etiamsi aliter ea nubere non potuit, nam etsi honeste, ex liberalitate tamen fit, quae servanda arbitrio pupilli est.

§ 4.—Si tutor pecuniam pupillarem credere non potuit, quod non erat, cui crederet, pupillo vacabit.

**12.** [**11.** *H.* **13.** *V.*] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXXVIII.*—Cuando muchos administran la tutela, á ninguno de ellos se le dá acción contra el contutor á nombre del pupilo.

§ 1.—Las cosas que de buena fé se hicieron por el tutor, se consideran válidas también en virtud de Rescriptos de Trajano y de Adriano; y por esto no puede reivindicar el pupilo una cosa legítimamente vendida por el tutor, porque también les es inútil á los pupilos que no se respete la administración de los mismos, pues nadie, á la verdad, les compraría; y no importa que el tutor fuere, ó no, solvente, pues si la cosa se hubiera hecho de buena fé, se habrá de respetar, y si de mala fé, no será válida la enajenación.

§ 2.—Es demasiado, que en consideración á la estimación del pupilo le sea lícito al tutor gastar de los bienes de aquel lo que muy honrosamente no hubiese de haber gastado de los suyos propios.

§ 3.—Como quiera que el tutor se nombra no solamente para los bienes, sino también para las costumbres del pupilo, fijará en primer lugar las retribuciones para los preceptores, no las más pequeñas que pudiere, sino con arreglo á las facultades del patrimonio, y á la dignidad del nacimiento, prestará alimentos á los esclavos y á los libertos, y á veces también á extraños, si esto conviniere al pupilo, y enviará los regalos de solemnidades á los ascendientes y á los cognados; pero no dará dote á la hija nacida de otro padre, aunque de otro modo no haya podido esta casarse, porque aún cuando honestamente, se hace sin embargo por liberalidad, la cual se ha reservar al arbitrio del pupilo.

§ 4.—Si el tutor no pudo dar á préstamo el dinero del pupilo, porque no había á quien se lo prestase, estará ocioso á cargo del pupilo.

**13.** [**12.** *H.* **14.** *V.*] GAIUS *libro XII.* (5) *ad Edictum provinciale.*— Tutor secundum dignita-

**13.** [**12.** *H.* **14.** *V.*] GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XII.*—El tutor debe apreciar,

(1) tutorum, *inserta la Vulg.*
(2) *Hal.;* valet, *el códice Fl.*
(3) extraneis, *Hal.*

(4) pupilli, *insertan Hal. y la Vulg.*
(5) XIII., *Hal.*

tem facultatesque pupilli modum servorum aestimare debet, qui circa eum futuri sunt.

§ 1.—Non est audiendus tutor, quum dicat, ideo cessasse pupillarem pecuniam (1), quod idonea nomina non inveniret, si arguatur, eo tempore suam pecuniam bene collocasse.

§ 2.—In solvendis legatis et fideicommissis attendere debet tutor, ne cui non debitum solvat; nec nuptiale munus matri pupilli, vel sorori mittere. (2). Aliud est, si matri forte, aut sorori pupilli tutor ea, quae ad victum necessaria sunt, praestiterit quum semet ipsa sustinere non possit; nam ratum id habendum est; nec enim eadem causa est eius, quod in eam rem impeditur, et quod muneris legatorumve nomine erogatur.

según la dignidad y las facultades del pupilo, el número de esclavos que han de estar á su servicio.

§ 1.—No ha de ser oido el tutor, cuando diga que estuvo ocioso el dinero del pupilo porque no encontró empleo conveniente, si se prueba que en aquel tiempo colocó bien su propio dinero.

§ 2.—Al pagar los legados y los fideicomisos, debe atender el tutor á no pagar á alguien el que no se le deba; y á no enviar á la madre del pupilo, ó á su hermana, regalo nupcial. Otra cosa es, si el tutor hubiere suministrado acaso á la madre, ó á la hermana del pupilo, lo que es necesario para el sustento, cuando ella no pudiera mantenerse por sí misma; porque esto se ha de tener por válido; pues no está en el mismo caso lo que se gasta en esto, y lo que se gasta por razón de regalo, ó de legados.

**14.** [**13.** *H.* **15.** *V.*] Paulus *libro VIII. Brevium.*—Etiam contutoris factum imputatur collegae, si potuit et debuit suspectum facere; interdum et si debuit satis petere, nam si idoneus subito lapsus est, nihil collegae imputari potest.

**14.** [**13.** *H.* **15.** *V.*] Paulo; *Breves, libro VIII.*—También un hecho del contutor se le imputa á su colega, si pudo ó debió acusarlo de sospechoso; á veces también si debió pedir fianza, porque si quien era idóneo quedó súbitamente sin bienes, nada puede imputarse á su colega.

**15.** [**14.** *H.* **16.** *V.*] Idem *libro II. Sententiarum.*—Si tutor constitutus, quos invenerit debitores, non convenerit, ac per hoc minus idonei efficiantur, vel intra sex primos menses pupillares pecunias non collocaverit, ipse in debitam pecuniam et in usuras eius pecuniae, quam non foeneravit, convenitur.

**15.** [**14.** *H.* **16.** *V.*] El mismo; *Sentencias, libro II.*—Si el que fué nombrado tutor no hubiere demandado á los deudores que hubiere hallado, y por esto se hicieran menos abonados, ó si dentro de los seis primeros meses no hubiere colocado el dinero del pupilo, él mismo es demandado por el dinero que se debia, y por los intereses del dinero, que no prestó á interés.

**16.** [**15.** *H.* **17.** *V.*] Idem *libro VI. ad Sabinum.*—Quum quaeritur iudicio tutelae, quae nomina a tutore facta agnoscere pupillus debeat, Marcellus putabat, si tutor pecuniam pupilli mutuam dedisset, et suo nomine stipulatus esset, posse dici, nomina integra pupillo salva esse, deperdita et male contracta ad tutorem pertinere; sed verius se putare (3), posse tutorem eam conditionem adolescenti deferre, ut id, quod gessisset tutor in contrahendis nominibus, aut in totum agnosceret, aut a toto recederet (4), ita ut perinde esset, ac si tutor sibi negotium gessisset. Idem est, et si pupilli nomine credidisset.

**16.** [**15.** *H.* **17.** *V.*] El mismo; *Comentarios á Sabino, VI.*—Preguntándose respecto á la acción de tutela qué préstamos hechos por el tutor deba reconocer el pupilo, opinaba Marcelo, que si el tutor hubiese dado en mútuo el dinero del pupilo, y hubiese estipulado en su propio nombre, podía decirse, que los créditos integros le quedan á salvo al pupilo, y que los perdidos y los mal contratados pertenecen al tutor; pero que él creia más verdadero, que podia el tutor ponerle al adolescente esta condición, ó que reconociera en su totalidad lo que el tutor hubiese hecho al contratar los créditos, ó que de todo ello se apartase, para que fuese lo mismo que si el tutor hubiese hecho para sí mismo el negocio. Lo mismo es, también si hubiese prestado en nombre del pupilo.

**17.** [**16.** *H.* **18.** *V.*] Pomponius *libro XVII. ad Sabinum.*—Qui iussus est ab eo, qui ius iubendi habet, tutelam gerere, si cessasset, ex quo iussus est, indemnem pupillum praestare debebit, non ex quo tutor esse coepit.

**17.** [**16.** *H.* **18.** *V.*] Pomponio; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Aquel á quien se le mandó, por quien tiene derecho de mandarle, que administrase la tutela, si no lo hubiese hecho, deberá responder de indemnidad al pupilo desde que se le mandó, no desde que comenzó á ser tutor.

**18.** [**17.** *H.* **19.** *V.*] Iulianus *libro XXI. Digestorum.*—Qui tutor negotia pupilli gessit, quamvis in nulla re auctor pupillo fuerit, quin tutelae iudicio teneatur, dubitari non oportet; quid enim prohibet, ita patrimonium pupilli compositum esse, ut nihil gerere necesse sit, in quo tutoris auctoritas interponi debeat?

§ 1.—Ex duobus tutoribus, si cum altero actum fuerit, alter non liberabitur.

**18.** [**17.** *H.* **19.** *V.*] Juliano; *Digesto, libro XXI.*—El tutor que administró los negocios de un pupilo, aunque en ninguna cosa le hubiere prestado al pupilo su autoridad, no debe dudarse que está obligado por la acción de la tutela; porque ¿qué impide, que el patrimonio del pupilo esté compuesto de modo que no sea necesario hacer nada en que deba interponerse la autoridad del tutor?

§ 1.—De dos tutores, si se hubiere ejercitado acción contra uno, el otro no quedará libre.

(1) collocari, *inserta la Vulg.*
(2) debet, *adiciona Hal.*

(3) esse putarim *(en lugar de* se putare), *Hal.*
(4) *Hal.;* agnoscere—recedere, *el códice Fl.*

**19.** [**18.** *H.* **20.** *V.*] Ulpianus *libro I.* (1) *Responsorum.*—Actus sui rationem concuratori (2) reddere non esse compellendum, sed nisi cum eo administrationem communicet, aut si non ex fide curam gerat, suspectum postulari posse.

**20.** [**19.** *H.* **21.** *V.*] Idem *libro V. de officio Proconsulis.*—Tutor vel curator, cuius iniusta appellatio pronuntiata erit, cuiusve excusatio recepta non sit, ex quo accedere administrationem debuit, erit obligatus.

**21.** [**20.** *H.* **22.** *V.*] Marcellus *libro singulari Responsorum.*—Lucius Titius Caium Seium filiumfamilias testamento filio suo tutorem dedit; Caius Seius sciente et consentiente patre tutelam administravit; quaero, an defuncto Caio Seio actio tutelae adversus patrem eius, et in quantum competat? Marcellus respondit, secundum ea, quae proposita essent, actione de peculio, et de in rem verso patrem teneri, nec multum videri in hoc casu facere patris scientiam et consensum ad obligandum eum in solidum, nisi forte contutore vel alio quo volente eum facere suspectum, intercessit, et quasi in se periculum recepit.

**22.** [**21.** *H.* **23.** *V.*] Paulus *libro III. ad Edictum.*—Tutor ad utilitatem pupilli et novare, et rem in iudicium deducere potest. Donationes autem ab eo factae pupillo non nocent.

**23.** [**22.** *H.* **24.** *V.*] Ulpianus *libro IX. ad Edictum.*—Vulgo observatur, ne tutor caveat, ratam rem pupillum habiturum, quia (3) rem in iudicium deducit. Quid tamen, si dubitetur, an tutor sit, vel an duret tutor, vel an gestus illi commissus sit? Aequum est, adversarium non decipi. Idem et in curatore est, ut Iulianus scripsit.

**24.** [**23.** *H.* **25.** *V.*] Paulus *libro IX. ad Edictum.*—Decreto Praetoris actor constitui periculo tutoris solet, quotiesque (4) aut diffusa negotia sint, aut dignitas, vel aetas, aut valetudo tutoris id postulet; si tamen nondum fari pupillus potest, ut procuratorem facere possit, aut absens sit, tunc actor necessario constituendus est.

§ 1.—Si duobus simul tutela gerenda permissa est vel a parente, vel a contutoribus, vel a magistratibus, benigne accipiendum est, etiam uni agere permissum, quia duo simul agere non possunt.

**25.** [**24.** *H.* **26.** *V.*] Ulpianus *libro XIII. ad Edictum.*—Si minoris (5) actum fuerit cum tutoribus, assistentibus curatoribus, et pupillus ob hoc egerit cum curatoribus, et ei sint condemnati in id, quod sua interesat, minoris tutores culpa eorum condemnatos non esse, an restitutio adversus tutores esset? Et Papinianus Responsorum (6) libro secundo ait, nihilominus posse restitui, et idcirco

(1) II., *Hal.*
(2) tutorem contutori *(en lugar de* concuratori), *Hal.*
(3) quum *(en lugar de* quia), *la Vulg.*



**19.** [**18.** *H.* **20.** *V.*] Ulpiano; *Respuestas, libro I.*—No ha de ser uno compelido á dar á su contutor cuenta de su propia administración, pero si no hiciese en común con él la administración, ó si no administrase con fidelidad la curatela, puede ser acusado de sospechoso.

**20.** [**19.** *H.* **21.** *V.*] El mismo; *Del cargo de Procónsul, libro V.*—El tutor ó el curador, cuya apelación hubiere sido declarada injusta, ó cuya excusa no haya sido admitida, estará obligado desde que debió encargarse de la administración.

**21.** [**20.** *H.* **22.** *V.*] Marcelo; *Respuestas, libro único.*—Lucio Ticio nombró en su testamento tutor de su hijo á Cayo Seyo, hijo de familia; Cayo Seyo administró la tutela sabiéndolo y consintiéndolo su padre; pregunto, ¿muerto Cayo Seyo, competerá contra su padre la acción de la tutela, y por cuánto? Marcelo respondió, que, según lo que se había expuesto, el padre estaba obligado por la acción de peculio, y por la de lo que se convirtió en provecho de la cosa, y que no parece que en este caso importen mucho el conocimiento y el consentimiento del padre para obligarle solidariamente, si acaso no intervino cuando el contutor ú otro cualquiera quería acusar á aquel de sospechoso, y en cierto modo asumió para sí el riesgo.

**22.** [**21.** *H.* **23.** *V.*] Paulo; *Comentarios al Edicto, libro III.*—En utilidad del pupilo puede hacer novación el tutor, y llevar una cosa á juicio. Mas las donaciones hechas por él, no le perjudican al pupilo.

**23.** [**22.** *H.* **24.** *V.*] Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro IX.*—Ordinariamente se observa, que el tutor no presta caución de que el pupilo ratificará el negocio, porque lleva á juicio el negocio. ¿Pero qué se dirá, si se dudase si es tutor, ó si permaneciese siendo tutor, ó si la administración se le hubiera encomendado á él? Es justo que el adversario no sea engañado. Lo mismo es también en cuanto al curador, como escribió Juliano.

**24.** [**23.** *H.* **25.** *V.*] Paulo; *Comentarios al Edicto, libro IX.*—Por decreto del Pretor se suele nombrar un agente á riesgo del tutor, siempre que ó los negocios estén esparcidos, ó lo requiera la dignidad, ó la edad, ó la salud del tutor; pero si el pupilo no puede hablar todavía, para que pueda nombrar procurador, ó si estuviera ausente, en este caso se ha de nombrar por necesidad un agente.

§ 1.—Si por el ascendiente, ó por los contutores, ó por los magistrados, se permitió conjuntamente á dos que administrasen la tutela, se ha de entender por benignidad, que también se le permitió á uno solo actuar, porque dos no pueden actuar al mismo tiempo.

**25.** [**24.** *H.* **26.** *V.*] Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XIII.*—Si con asistencia de los curadores se hubiere ejercitado acción contra los tutores por menos de lo debido, y por esto el pupilo ejercitáre acción contra los curadores, y hubieran sido condenados á su favor en lo que le importaba que por culpa de ellos no hubieran sido condenados en menos los tutores, ¿cesará la restitución contra los

(4) quoties, *Hal.;* quotiescunque, *la Vulg.*
(5) nomine, *inserta la Vulg.*
(6) Quaestionum, *la Vulg.*

curatores, si nondum iudicatum fecerunt, posse provocantes per exceptionem doli consequi, ut iis mandentur adversus tutores actiones. Quid tamen, si iam fecerunt iudicatum curatores? Proderit hoc tutoribus, quoniam nihil minori abest, qui de praeda magis, quam de damno sollicitus est, nisi forte mandare actiones paratus sit curatoribus.

**26.** [**25.** *H.* **27.** *V.*] PAULUS *libro XXIV. ad Edictum.*—(Cum) curatore et protutore (1) etiam manente administratione agi potest.

**27.** [**26.** *H.* **28.** *V.*] IDEM *libro VII. ad Plautium.*—Tutor, qui tutelam gerit, quantum ad providentiam pupillarem domini loco haberi debet.

**28.** [**27.** *H.* **29.** *V.*] MARCELLUS *libro VIII. Digestorum.*—Tutor pro pupillo in iudicium vocatus solemniter cavit; si inter moras puer ad pubertatem pervenit, non est cogendus accipere iudicium.

§ 1.—Tutor, qui post pubertatem pupilli negotiorum eius administratione abstinuit, usuras praestare non debet, ex quo obtulit pecuniam. Quin etiam iustius mihi videtur, eum, per quem non stetit, quominus conventus restitueret tutelam, ad praestationem usurarum non compelli.— Ulpianus notat: non sufficit obtulisse, nisi et deposuit obsignatam tuto in loco—,

**29.** [**28.** *H.* **30.** *V.*] IDEM *libro VIII.* (2) *Digestorum.*— maximeque heredem tutoris; nam periniquum est, eum, cui forte post viginti annos, vel amplius in mentem venit, tutelam reposcere, etiam usuras postulare.

**30.** [**29.** *H.* **31.** *V.*] IDEM *libro XXI. Digestorum.*—Tutoris praecipuum est officium, ne indefensum pupillum relinquat.

**31.** [**30.** *H.* **32.** *V.*] MODESTINUS *libro I. Excusationum* (3)—«Divi Severus et Antoninus Augusti Sergio Iuliano. Forma, qua singuli tutores, prout quisque gessit tutelam, nonnunquam in solidum tenentur, duntaxat intra pubertatis tempora locum habet, non etiam si post pubertatem administraverint».

**32.** [**31.** *H.* **33.** *V.*] IDEM *libro VI.* (4) *Responsorum.*—(5) Sine herede tutor decessit; quaero, an curator pupillo datus, quum neque inventaria, neque alia instrumenta a fideiussore tutoris exhibeantur, possit eundem fideiussorem convenire ex stipulatione, quanti pupilli interest? Modestinus respondit, in id, quod tutor conveniri potuit, fideiussorem quoque conveniri posse.

§ 1.—Modestinus respondit, damnum, si quod (6) accidit eo, quia cautiones soluti vectigalis inven-

(1) pro tutore, *Hal.*
(2) X., *Hal.*
(3) VII. πανδεκτῶν, *Hal.*
(4) III., *Hal.*

tutores? Y dice Papiniano en el libro segundo de sus Respuestas, que sin embargo puede ser restituido, y que por esto los curadores, si aun no cumplimentaron lo juzgado, pueden, apelando, conseguir por la excepción de dolo, que á ellos se les cedan las acciones contra los tutores. ¿Pero qué diremos, si los curadores ejecutaron ya lo juzgado? Que esto aprovechará á los tutores, porque nada le falta al menor, el cual se preocupa más bien de ganancia, que de daño, á no ser que acaso esté dispuesto á ceder sus acciones á los curadores.

**26.** [**25.** *H.* **27.** *V.*] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXIV.*—Aun durante la administración se puede ejercitar acción contra el curador y el protutor.

**27.** [**26.** *H.* **28.** *V.*] EL MISMO; *Comentarios á Plaucio, libro VII.*—El tutor, que administra la tutela, debe ser considerado en el lugar de dueño en cuanto á proveer respecto al pupilo.

**28.** [**27.** *H.* **29.** *V.*] MARCELO; *Digesto, libro VIII.*—El tutor llamado á juicio en lugar del pupilo, dió caución solemnemente; si durante las dilaciones llegó el pupilo á la pubertad, no ha de ser obligado á aceptar el juicio.

§ 1.—El tutor, que después de la pubertad del pupilo se abstuvo de la administración de los negocios de este, no debe pagar intereses desde que ofreció el dinero. Antes bien, me parece más justo, que aquel en quien no consistió que, habiendo sido demandado, no restituyese la tutela, no sea compelido á la prestación de intereses.—Ulpiano observa: no basta que lo haya ofrecido, si también no lo depositó sellado en lugar seguro—,

**29.** [**28.** *H.* **30.** *V.*] EL MISMO; *Digesto, libro VIII.*—y singularmente, el heredero del tutor; porque es muy injusto, que aquel, á quien le ocurrió la idea de pedir cuentas de la tutela acaso después de veinte años, ó más, reclame también intereses.

**30.** [**29.** *H.* **31.** *V.*] EL MISMO; *Digesto, libro XXI.*—Es principal deber del tutor no dejar indefenso al pupilo.

**31.** [**30.** *H.* **32.** *V.*] MODESTINO; *Excusas, libro I.*—«Los divinos Severo y Antonino, Augustos, á Sergio Juliano. La disposición por la cual cada uno de los tutores está obligado, conforme cada cual administró la tutela, á veces solidariamente, tiene lugar solamente dentro del término de la pubertad, no también si después de la pubertad la hubieren administrado.»

**32.** [**31.** *H.* **33.** *V.*] EL MISMO; *Respuestas, libro VI.*—Un tutor falleció sin heredero; pregunto, ¿el curador nombrado al pupilo, no exhibiéndose por el fiador del tutor ni los inventarios, ni los otros documentos, podrá demandar en virtud de la estipulación al mismo fiador, por cuanto interesa al pupilo? Modestino respondió, que por aquello que pudo ser demandado el tutor puede ser demandado también el fiador.

§ 1.—Respondió Modestino, que si se origina algún perjuicio porque no se hayan encontrado los

(5) Si, *antepone la Vulg.*
(6) *Según corrección del códice Fl., Br.;* datum, *inserta Taur. según la escritura original.*

tae non sunt, ad tutorem, cuius nulla culpa admissa proponitur, minime pertinere.

§ 2.—Modestinus respondit, tutorem eorum redituum nomine rationem pupillae (1) reddere debere, qui ex fundo bona fide percipi potuerunt.

§ 3.—Item respondit, si minus a servo tutor percepit, quam bona fide ex fundo percipi potuit, ex eo, de quo pupillae (2) sit obstrictus, quantum ex peculio servi servari possit, eidem tutori proficere debere, scilicet si non perdituro servo administrationem credidit.

§ 4.—Interposito curatore adolescens fundum Titio vendidit, postea agnita fraude in integrum restitutus in possessionem induci iussus est; quaero, an, quum ex hac venditione melior factus non sit (3), neque in rem suam quidquam versum probetur, pretium emtori restituere non debeat? Modestinus respondit, pretium fundi ab adolescente venundati, si rationibus eius non profuit, nec quidquam de eo (a) iudicante de in integrum restitutione statutum est, emtorem frustra postulare.

§ 5.—Item respondit, sumtibus voluptatis causa ab emtore factis adolescentem onerandum non esse, qui tamen ab eodem aedificio ita auferri possunt, ut in facie pristina, id est, quae fuit ante venditionem (4), aedificium esse possit, emtori auferre permitti oportere.

§ 6.—Lucius Titius coheres et curator sororis suae, quum esset ex civitate, in qua usitatum erat, ipsos dominos praediorum, non conductores onera annonarum et contributionum temporalium (5) sustinere, morem hunc et consuetudinem semper observatam secutus, et ipse pro communi et individua hereditate annonas praestitit; quaero, an in rationibus dandis opponi curatori possit, quia non recte pro parte sororis tales impensas fecerat? Modestinus respondit, in (6) id demum curatorem adultae reputare ex causa, de qua quaeritur, posse, quod ipsa, si rem suam administraret, erogare compelleretur.

§ 7.—Tutores duo post venditionem pupillarium rerum factam pecuniam inter se diviserant, post quam divisionem alter eorum in exilium datus (7) est durante tutela; quaerebatur, an actore constituto contutor eius partem pupillaris pecuniae petere ab eo poterit? Modestinus respondit: si hoc quaeritur, an contutore (8) relegato contutor eius tutelae actionem exercere possit, non posse, respondi.

**33.** [**32.** *H.* **34.** *V.*] CALLISTRATUS (9) *libro IV. de Cognitionibus.*—A tutoribus et curatoribus pupillorum eadem diligentia exigenda est circa administrationem rerum pupillarium, quam paterfamilias rebus suis ex bona fide praebere debet.

§ 1.—Officium tutorum curatoribus constitutis finem accipit, ideoque omnia negotia, quae inita

(1) pupillo, *Hal.*
(2) pupillo, *la Vulg.*
(3) *Hal.;* est, *el códice Fl.*
(4) id est—venditionem, *omítelas Hal.*
(5) *Hal.;* temporarium, *el códice Fl.*

recibos de un tributo pagado, no le corresponde en manera ninguna al tutor, de quien no se alega culpa alguna cometida.

§ 2.—Modestino respondió, que el tutor debe dar cuenta á la pupila por razón de aquellas rentas, que de buena fé pudieron percibirse del fundo.

§ 3.—El mismo respondió, que si el tutor percibió de un esclavo menos de lo que de buena fé pudo percibirse de un fundo, de aquello, por lo que esté obligado á favor de la pupila, debe aprovechar al mismo tutor cuanto se pueda recuperar del peculio del esclavo, por supuesto, si no confió la administración á esclavo que lo había de perder.

§ 4.—Habiendo intervenido curador, un adolescente vendió un fundo á Ticio, y restituido por entero después de reconocido el fraude, se mandó que fuese puesto en posesión; pregunto, ¿no habiendo sido mejorado con esta venta, y no probándose que cosa alguna se convirtió en su propio provecho, acaso no deberá restituir el precio al comprador? Modestino respondió, que en vano reclamaba el comprador el precio del fundo vendido por el adolescente, si no le aprovechó en sus intereses, ni nada se determinó sobre esto por el que juzga en la restitución por entero.

§ 5.—Respondió el mismo, que el adolescente no ha de ser gravado con los gastos hechos por el comprador por causa de recreo, pero que se le debe permitir al comprador que quite los objetos que se pueden quitar del mismo edificio de suerte que el edificio pueda quedar con su primitivo aspecto, esto es, con el que tuvo antes de la venta.

§ 6.—Lucio Ticio, coheredero con su hermana y curador de ella, siendo de una ciudad en la que era costumbre que los mismos dueños de los predios, no los arrendatarios, pagasen las cargas de las annonas y de las contribuciones temporales, habiendo seguido este uso y la costumbre siempre observada, pagó también él las annonas por la herencia común y por la suya particular; pregunto, ¿al rendir las cuentas, se le podrá hacer oposición al curador, porque no había hecho bien tales gastos por la parte de su hermana? Modestino respondió, que por la causa de que se trata el curador de la adulta solamente podía ponerle en cuenta lo que ella misma sería compelida á pagar, si administrase sus propios bienes.

§ 7.—Dos tutores, después de hecha la venta de los bienes pupilares, se habían dividido entre sí el dinero, y después de esta división uno de ellos fué condenado á destierro durante la tutela; se preguntaba, ¿habiendo sido nombrado un agente, podrá el contutor de aquel pedirle á este la parte del dinero del pupilo? Modestino respondió: si se pregunta esto, si habiendo sido relegado un contutor podía el contutor del mismo ejercitar la acción de tutela, respondí, que no podía.

**33.** [**32**. *H.* **34.** *V.*] CALISTRATO; *De las Jurisdicciones, libro IV.*—A los tutores y á los curadores de los pupilos se les ha de exigir en la administración de los bienes pupilares la misma diligencia que un padre de familia debe poner de buena fé en sus propias cosas.

§ 1.—El cargo de los tutores termina nombrados los curadores, y por esto, corresponden á la fi-

(6) in, *omítela Hal.*
(7) actus, *Hal.*
(8) cum tutore, *Hal.*
(9) Paulus, *Hal.*

sunt, ad fidem curatorum pertinent; idque etiam Divus Marcus cum filio suo Commodo rescripsit.

§ 2.—Heredibus quoque pupillorum electio eadem adversus tutores, in (1) quo potissimum consistere velint, competit, quae ipsis, quorum tutela administrata sit.

§ 3.—Principalibus Constitutionibus declaratur, sumtuum, qui bona fide in tutelam, non qui in ipsos tutores fiunt, ratio haberi solet, nisi ab eo, qui eum dat, certum solatium ei constitutum est.

**34.** [**33.** *H.* **35.** *V.*] Iulius (2) Aquilia *libro Responsorum respondit.* — Ad instruendam diligentiam iudicantis, et pupillorum utilitatem admittendam (3) servos quoque eorum interrogari posse.

**35.** [**34.** *H.* **36.** *V.*] Papinianus *libro II. Quaestionum.*—Tutor sive curator nomina, quae iuste putat non esse idonea, a priore tutore vel curatore suscipere quidem cogitur, non tamen exactionem periculo suo facere.

**36.** [**35.** *H.* **37.** *V.*] Idem *libro III. Quaestionum.*—Inter tutores divisa tutela est; aequitas, quae merum ius compensationis inducit, propter officium et personam agentis tutoris non differtur, nam divisto tutelae, quae non iuris, sed iurisdictionis est, modum administrationi (4) facit, et inter ipsos locum habet, nec experiri cum pupillo volentibus obstare debet.

**37.** [**36.** *H.* **38.** *V.*] Idem *libro XI. Quaestionum.*— Tutorem, qui tutelam gerit, Sabinus et Cassius, prout gerit, in singulas res per (5) tempora, velut ex pluribus causis obligari putaverunt.

§ 1.— Secundum quam sententiam (6) servus institor dominicae mercis, vel praepositus debitis exigendis, si liber factus in eodem actu perseveret, quamvis tempore servitutis obligari non potuerit, praeteriti temporis nomine actione negotiorum gestorum non inutiliter convenietur, earum scilicet rerum, quae connexam rationem cum his, quae postea gesta sunt, habuerunt; sic enim et tutelae iudicium earum quoque rerum causa tenere placuit, quae post pubertatem administrantur, si posterior actus priori cohaereat, neque divisus propriam rationem habet.

§ 2.—Inde descendit quaestio, quae vulgo circa filiumfamilias tractata est, qui tutor testamento datus, post tutelam gestam emancipatus in eodem officio perseveravit; et secundum Sabini et Cassii sententiam eveniet, ut de eo quidem, quod post emancipationem gestum est, in solidum conveniri possit, de praeterito autem, sive peculium non sit ademtum, sive ademtum sit, in id, quod facere possit. Quodsi superioris temporis nomine patrem de peculio pupillus convenire maluerit — annus enim utilis, ex quo tutela agi posse coepit, computabitur—, ne capiatur pater inducta totius tem-

(1) cum, *Hal.*
(2) *Taur. según corrección del códice Fl.;* Iulianus, *la escritura original, Br.*
(3) admittendum, *Hal.*

delidad de los curadores todos los negocios que se comenzaron; y esto respondió por rescripto también el Divino Marco juntamente con su hijo Cómodo.

§ 2.—También á los herederos de los pupilos les compete contra los tutores la misma elección, que á aquellos cuya tutela haya sido administrada, para demandar al que preferentemente quieran.

§ 3.—Declárase en las Constituciones de los Príncipes, que se suele tener cuenta de los gastos que de buena fé se hacen para la tutela, no de los que para los mismos tutores, si por el que lo nombra no se le fijó á él cierta retribución.

**34.** [**33.** *H.* **35.** *V.*] Julio Aquila *respondió en el libro de sus Respuestas.*—Para instruir la diligencia del juzgador, y para reconocer la utilidad de los pupilos, se puede interrogar también á los esclavos de los mismos.

**35.** [**34.** *H.* **36.** *V.*] Papiniano; *Cuestiones, libro II.*—El tutor ó el curador está ciertamente obligado á admitir del anterior tutor ó curador los créditos que justamente cree que no son abonados, pero no hace á su propio riesgo su exacción.

**36.** [**35.** *H.* **37.** *V.*] El mismo; *Cuestiones, libro III.*—Una tutela fué dividida entre los tutores; la equidad, que induce al mero derecho de compensación, no se difiere por razón del cargo y de la persona del tutor que ejercita acción, porque la división de la tutela, que no es de derecho, sino propia de la jurisdicción, determina modo para la administración, y tiene lugar entre ellos mismos, y no debe obstar á los que quieran reclamar contra el pupilo.

**37.** [**36.** *H.* **38.** *V.*] El mismo; *Cuestiones, libro XI.*—Opinaron Sabino y Cassio, que el tutor, que administra la tutela, se obliga, á medida que administra, por cada cosa conforme al tiempo, como por muchas causas.

§ 1.—Según cuya opinión, el esclavo institor de mercancías de su señor, ó encargado de cobrar débitos, si hecho libre continuase en el mismo cargo, aunque durante su esclavitud no haya podido obligarse, no será demandado inútilmente por razón del tiempo pasado con la acción de gestión de negocios, por supuesto, por aquellas cosas que tuvieron relación conexa con las que después se hicieron; porque así se estableció también que obligara la acción de tutela aún por causa de aquellas cosas que se administran después de la pubertad, si el acto posterior estuviera unido á otro anterior, y dividido no tiene propia razón.

§ 2.—De aquí dimana la cuestión, que frecuentemente se ha discutido respecto al hijo de familia, que, nombrado tutor por testamento, y emancipado después de haber administrado la tutela, continuó en el mismo cargo; y según la opinión de Sabino y de Cassio sucederá, que, á la verdad, podrá ser demandado solidariamente por lo que se hizo después de la emancipación, mas en cuanto á lo pasado, por lo que pueda pagar, ya si no se le quitó el peculio, ya si se le hubiera quitado. Pero si en cuanto al tiempo anterior hubiere preferido el pupilo demandar al padre respecto al peculio,—

(4) administrationis, *Hal.*
(5) et, *Hal.;* vel, *la Vulg.*
(6) sicut, *inserta Hal.*

poris causa, tempus, quo filiusfamilias tutelam gessit, comprehendendum erit.

pues se computará el año útil desde que se comenzó á poder ejercitar la acción de tutela—, para que el padre no sea perjudicado comprendida la causa de todo el tiempo, se habrá de comprender el tiempo en que el hijo de familia administró la tutela.

**38.** [**37.** *H.* **39.** *V.*] Idem *libro XII. Quaestionum.*—Si plures tutelam non administraverint, et omnes solvendo sint, utrum, quia nullae partes administrationis inveniuntur, electioni locus erit, an ut eiusdem pecuniae debitores excipere debebunt periculi societatem? Quod magis ratio suadet.

§ 1.—Si quidam ex his idonei non sint, onerabuntur sine dubio ceteri; nec inique, quum singulorum contumacia pupillo damnum in solidum dederit.

§ 2.—Unde quaerendum est, an actiones pupillus ei (1), qui solus convenitur, in alterum pro parte scilicet praestare debeat? Sed, quum propria cuiusque contumacia puniatur, qua fronte poterit hoc desiderari?

**38.** [**37.** *H.* **39.** *V.*] El mismo; *Cuestiones, libro XII.*—Si siendo muchos no hubieren administrado la tutela, y todos fueran solventes, ¿habrá acaso lugar á la elección, porque no se halla ninguna repartición de la administración, ó como deudores de una misma cantidad deberán oponer como excepción la asociación para la responsabilidad? Esto es lo que más bien aconseja la razón.

§ 1.—Si algunos de ellos no fueran idóneos, sin duda serán gravados los demás; y no injustamente, puesto que la contumacia de cada uno causó solidariamente el daño al pupilo.

§ 2.—Por lo cual se ha de preguntar, ¿acaso deberá el pupilo cederle sus acciones, por supuesto por la parte contra el otro, al que es demandado solo? Pero castigándose la propia contumacia de cada uno, ¿con qué traza se podrá pretender esto?

**39.** [**38.** *H.* **40.** *V.*] Idem *libro V. Responsorum.*—Tutores, qui post finem tutelae per errorem officii (2) durantes rerum administrationem retinuerunt, nominum paternorum periculum, quae post pubertatem adolescentis idonea fuerunt, praestare cogendi non erunt, quum actionem inferre non potuerunt.

§ 1.—Curator a patre testamento datus impuberis negotiis se per errorem immiscuit; postea a Praetore tutoribus aliis datis periculum futuri temporis ille, qui postea nihil gessit, non praestabit.

§ 2.—Qui se negotiis impuberis non iure tutor datus secundum patris voluntatem immiscuit, errore comperto tutorem a Praetore constitui consultius petet, ne forte, si rem coeptam deseruerit, fraudis vel culpae causa condemnetur. Non idem servatur, si quis ultro negotium alienum gesserit, quum satis abundeque sufficiat, vel in una specie per amici laborem domino consuli.

§ 3.—Heres institutus, qui non habuit substitutum, priusquam hereditatem adiret, quam impuberi restituere debuit, vita decessit; quum hereditas in Italia esset, scriptus autem heres in provincia vita decessisset, tutores provincialium rerum culpae nomine condemnandos existimavi, si causam testamenti non ignorantes utilitatem impuberis deseruerunt; nam hereditatis in provincia fideicommisso restituto causam quidem iuris expediri potuisse, rerum autem administrationem ad eos recidere debuisse, qui tutelam in Italia suscepissent.

§ 4.—Adversus tutorem, qui pupillum hereditate patris abstinuit, actionem denegari non oportet creditori, qui cum ipso tutore contraxit, quamvis tutor pecuniam in rem impuberis verteret.

§ 5.—Curatores adolescentis mutui periculi gratia cautionem invicem sibi praebuerunt, et in eam

**39.** [**38.** *H.* **40.** *V.*] El mismo; *Respuestas, libro V.*—Los tutores, que después del término de la tutela retuvieron la admistración de los bienes continuando por error en su cargo, no habrán de ser obligados á responder del riesgo de créditos paternos, que fueron cobraderos después de la pubertad del adolescente, puesto que no pudieron intentar acción.

§ 1.—Un curador nombrado por un padre en su testamento se inmiscuyó por error en los negocios del impúbero; habiéndose nombrado después otros tutores por el Pretor, aquel, que posteriormente no administró nada, no responderá del riesgo del tiempo futuro.

§ 2.—El que nombrado según la voluntad del padre tutor, no con arreglo á derecho, se inmiscuyó en los negocios del impúbero, descubierto el error, pedirá con mejor acuerdo que por el Pretor se nombre un tutor, no sea acaso que si abandonare el negocio comenzado, sea condenado por causa de fraude ó de culpa. No se observa lo mismo, si alguno hubiere administrado voluntariamente un negocio ajeno, puesto que es más que suficiente que, aunque en un solo asunto, se mire por los intereses del dueño mediante el trabajo de un amigo.

§ 3.—Un heredero instituido, que no tuvo sustituto, falleció antes que adiese la herencia, que debió restituir al impúbero; hallándose la herencia en Italia, pero habiendo fallecido en una provincia el heredero instituido, juzgué que los tutores de los bienes de la provincia habían de ser condenados por razón de culpa, si no ignorando la causa del testamento abandonaron la utilidad del impúbero, porque habiendo sido restituido en la provincia el fideicomiso de la herencia, se pudo ciertamente llevar á término la causa del derecho, pero la administración de los bienes debió recaer en aquellos que en Italia se hubiesen encargado de la tutela.

§ 4.—Contra el tutor, que abstuvo al pupilo de la herencia de su padre, no se le debe denegar acción al acreedor, que contrató con el mismo tutor, aunque el tutor invirtiese el dinero en cosa del impúbero.

§ 5.—Los curadores de un menor se dieron recíprocamente caución por causa de la mútua respon-

(1) ei, *omítela Hal.*

(2) in officio, *Hal. Vulg.*

rem pignora dederunt; quum officio deposito solvendo fuissent, irritam cautionem esse factam, et pignoris vinculum solutum, apparuit.

§ 6.—Tutor datus adversus ipsam creationem provocavit; heres eius postea victus praeteriti temporis periculum praestabit, quia non videtur levis culpa, contra iuris auctoritatem mandatum tutelae officium detrectare.

§ 7.—Rerum provincialium tutores in urbe causas (1) appellationis impuberum agentes, rerum Italicarum curatores ut impuberibus constituantur, ad officium suum revocare debent, alioquin si prius in provinciam redierint, dolum aut culpam eorum in ea quoque parte recte iudex conveniet.

§ 8.—Patruus testamento fratris filio tutor datus, quum in Italia domicilium haberet, tam Italicarum rerum, quam provincialium administrationem suscepit, atque ita pecuniam ex venditionibus Romae refectam in provinciam traiecit, et in kalendarium pupilli convertit; tutor in locum eius Romae substitutus administrationem pecuniae, quae non pertinet ad tutelam suam, suscipere non cogitur.

§ 9.—Curatores testamento vel tutores inutiliter dati, neque decreto Praetoris confirmati negotia gesserunt; vice mutua periculum praestare coguntur, quum officium sponte citra iuris adminiculum iniverint, et qui fuit idoneus, decretum Praetoris curatores vel tutores constituentis implorare debuerit.

§ 10.—Tutoribus idoneis diem functis vice mutua periculum ad heredes eorum non redundat, quod non habuit locum officio tutelae manente.

§ 11.—In eum, qui tutelam gerere noluit, post ceteros, qui gesserunt, actionem utilem tutelae dari placuit. Quod tamen ex tutela non pervenit ad eos, qui se negotiis miscuerunt, sed communi negligentia periit, citra substitutionis ordinem aequaliter omnium periculum spectat.

§ 12.—Tutores pubere pupillo constituto litem appellationis inchoatam iussu Consulum ob notitiam rei perfecerunt; quum iudicatum persequi non potuerunt, periculo culpae non subiiciuntur.

§ 13.—Ab eo, qui restitutionis auxilio non iuvatur, quaestio culpae tutorum conventione remitti potest; nec donatum, sed transactum videtur.

§ 14.—Negligentiae tutorum (2) periculo nominum, quae pater usuris maioribus fecit, adscripto (3), pupilla quidem actionem kalendarii praestare cogitur, exactas autem usuras tutelae tempore citra ullam compensationem retinet.

§ 15.—Adolescens tutoribus conventis, a quibus totum servari non potuit, adversus curatores, qui tutelam ad se negligentia non transtulerunt, integram actionem retinet; neque enim tutelae iudicio

sabilidad, y se dieron prendas para este objeto; habiendo sido solventes al cesar en su cargo, fué evidente que se anuló la caución, y que se disolvió el vínculo de la prenda.

§ 6.—El tutor nombrado apeló contra su mismo nombramiento; vencido después su heredero, responderá del riesgo del tiempo pasado, porque no se considera culpa leve no aceptar contra la autoridad del derecho el cargo de la tutela, que se le encomendó.

§ 7.—Los tutores de bienes en una provincia, que sostienen en Roma las causas de apelación de los impúberos, deben llamar á su cargo á los curadores de los bienes de Italia, para que se constituyan responsables á favor de los pupilos, pues de otra suerte, si antes hubieren vuelto á la provincia, con razón reconocerá el juez también en este particular el dolo ó la culpa de los mismos.

§ 8.—Un tio paterno, nombrado por testamento tutor del hijo de su hermano, teniendo su domicilio en Italia, se encargó de la administración, tanto de los bienes de Italia, como de los de una provincia, y llevó así á la provincia el dinero reunido en Roma por causa de ventas, y lo invirtió en las cuentas de caja del pupilo; el tutor substituido en Roma en lugar del mismo no está obligado á tomar á su cargo la administración de un dinero que no pertenece á su propia tutela.

§ 9.—Curadores ó tutores inútilmente dados en testamento, y no confirmados por decreto del Pretor, administraron los negocios; están obligados á responderse mútuamente del riesgo, porque voluntariamente aceptaron su cargo sin la formalidad de derecho, y porque el que fué idóneo debió implorar el decreto del Pretor que nombra los curadores ó los tutores.

§ 10.—Muertos los tutores abonados, no recae en sus herederos mútuamente el riesgo, que no tuvo lugar durante el cargo de la tutela.

§ 11.—Se estableció que se dé la acción útil de tutela contra el que no quiso administrar la tutela, después que contra los demás que la administraron. Mas lo que por razón de la tutela no fué á poder de los que se inmiscuyeron en los negocios, pero que pereció por negligencia común, afecta á la responsabilidad de todos igualmente sin órden de substitución.

§ 12.—Los tutores, hecho púbero un pupilo, llevaron á término por su conocimiento del negocio el litigio de apelación incoado por mandato de los Cónsules; no habiendo podido perseguir la ejecución de lo juzgado, no están sujetos á responsabilidad de culpa.

§ 13.—Por el que no está favorecido con el beneficio de la restitución puede remitirse por convenio la investigación de la culpa de los tutores; y no se considera que se hizo donación, sino que se transigió.

§ 14.—Estando á cargo de la negligencia de los tutores el quebranto de créditos que el padre constituyó con mayores intereses, está ciertamente obligada la pupila á ceder la acción de su libro de caja, pero retiene sin ninguna compensación los intereses cobrados durante el tiempo de la tutela.

§ 15.—El adolescente, habiendo demandado á los tutores, de quienes no se pudo obtener la totalidad, conserva íntegra su acción contra los curadores, que por negligencia no se transfirieron á sí mismos la

(1) causa, *Hal.*
(2) videtur negligentia tutorum. Periculo, *Hal.*
(3) adscripta, *la Vulg.*

consumtum (1) videtur, quod alterius officii querelam habuit.

§ 16.—Tutor, qui tutoris idoneum heredem convenire pupilli nomine noluit, damni vicarius substituitur, ut is, qui non idoneum tutelae tempore suspectum facere supersedit.

§ 17.—Tutelae iudicium ideo differri non oportet, quod fratris et coheredis impuberis idem tutelam sustineat.

§ 18.—Quod de peculio servi actoris, quem adolescens, postquam res suas administrare coepit, manumisit, et retinuit, aut retinere potuit, in ratione reddenda curatori per iudicem accepto feretur.

**40.** [**39.** *H.* **41.** *V.*] Idem *libro VI. Responsorum.*— Impuberi filio centurio curatorem dedit; decreto Praetoris non secuto si nihil curator datus administret, periculo contumaciae vel negligentiae non adstringetur, nam privilegium militum ad alienam iniuriam porrigi non oportet; nec in aliis circa supremam voluntatem imperitiae venia datur, quam in bonis militum, filii vero tutela iure patriae potestatis, non militiae praemio mandatur.

**41.** [**40.** *H.* **42.** *V.*] Idem *libro VII. Responsorum.*—Qui plures tutores habuit, unum, qui solvendo non fuit, rationem actus sui vetuit reddere; quoniam eius liberatio, quod ex tutela percepit, aut dolo contraxit, non est relicta, contutores, qui suspectum facere neglexerunt, ex culpa recte conveniuntur, tutor enim legatarius ex culpa, quae testamento remissa est, non tenetur.

**42.** [**41.** *H.* **43.** *V.*] Idem *libro I. Definitionum.*—Ex pluribus tutoribus in solidum unum tutorem iudex condemnavit; in rem suam iudicatus procurator datus privilegium pupilli non habebit, quod nec heredi pupilli datur; non enim causae, sed personae succurritur, quae meruit praecipuum favorem.

**43.** [**42.** *H.* **44.** *V.*] Paulus *libro VII. Quaestionum.*—Quum post mortem pupilli desinit esse nomen idoneum, tutor periculo eximitur.

§ 1.—Qui quum esset fratris sui filiae curator, quadringenta dotis nomine marito eius se daturum promisit; quaero, an succurrendum sit ei, quum postea aere alieno emergente supra vires patrimonii eius dos promissa sit, quoniam in instrumento ita scriptum sit: «ille patruus et curator stipulanti spopondit». Movet quaestionem, quod non ut de suo dotem daret, sed quum crederet rationem pupillarem sufficere, promisit. Praeterea et illud hic potest tractari, ut, si sciens curator non sufficere, promiserit, vel donasse videatur, vel quoniam dolo fecit, non illi succurratur; respondi, curator quum officium suum egressus sponte se obligaverit, non puto ei a Praetore subveniri debere, non magis, quam si creditori puellae (2) pecuniam se daturum spopondisset; sed is, de quo tractamus, si non donandi animo, sed ne-

(1) consultum, *Hal.*

(2) pupillae, *Hal.*

tutela; porque no se considera extinguida por la acción de tutela la que produjo la querella por el otro cargo.

§ 16.—El tutor, que no quiso demandar en nombre del pupilo al heredero abonado de otro tutor, es sustituído como responsable del perjuicio, lo mismo que el que dejó de acusar de sospechoso al que no era idóneo al tiempo de la tutela.

§ 17.—No conviene que se difiera el juicio de la tutela, porque uno mismo soporte la tutela del hermano y del coheredero del impúbero.

§ 18.—Lo que uno retuvo, ó pudo retener, del peculio de un esclavo, agente, á quien el adolescente manumitió después que comenzó á administrar sus propios bienes, se le dará por recibido por medio del juez al curador al rendirse las cuentas.

**40.** [**39.** *H.* **41.** *V.*] El mismo; *Respuestas, libro VI.*—Un centurión dió curador á un hijo impúbero; no habiéndose seguido decreto del Pretor, si el curador nombrado no administrase nada, no estará sujeto á la responsabilidad de contumacia ó negligencia, porque el privilegio de los militares no debe extenderse á causar injusticia á otro; y en cuanto á la última voluntad, no se dá venia á la impericia en otras cosas sino respecto á los bienes de los militares, y la tutela de un hijo se encomienda por derecho de patria potestad, y no por privilegio de la milicia.

**41.** [**40.** *H.* **42.** *V.*] El mismo; *Respuestas, libro VII.*—Uno, que tuvo muchos tutores, prohibió que otro que no era solvente rindiese cuentas de su administración; puesto que no le fué legada la liberación de lo que percibió de la tutela, ó contrató con dolo, con razón son demandados por su culpa los contutores, que descuidaron de acusarlo de sospechoso, porque el tutor legatario no está obligado por la culpa que le fué remitida en el testamento.

**42.** [**41.** *H.* **43.** *V.*] El mismo; *Definiciones, libro I.*—De muchos tutores, el juez condenó por el todo á un solo tutor; el condenado no tendrá como procurador nombrado para su propia causa el privilegio del pupilo, el cual no se dá ni al heredero del pupilo; porque no se auxilia á la causa, sino á la persona que mereció este especial favor.

**43.** [**42.** *H.* **44.** *V.*] Paulo; *Cuestiones, libro VII.*—Cuando después de la muerte del pupilo deja de ser cobrable un crédito, el tutor está exento de responsabilidad.

§ 1.—Uno, siendo curador de la hija de su hermano, prometió que, á título de dote, daría cuatrocientos á su marido; pregunto, si se le habrá de auxiliar, si, apareciendo después una deuda, la dote hubiera sido prometida con exceso sobre las facultades de su patrimonio, porque en el instrumento se haya escrito así: «él lo prometió, como tio paterno y curador, al estipulante.» Promueve la cuestión, que no diese la dote como de lo suyo, sino que la prometió, creyendo que era suficiente el caudal de la pupila. Además, también se puede discutir aquí esto, que no se le auxilie, si el curador la hubiere prometido sabiendo que no era suficiente, ó si pareciera que hizo donación, ó porque obró con dolo malo; respondí, que habiéndose obligado espontáneamente el curador, excediéndose de su cargo, no creo que se le deba auxiliar por el

gotii gerendi causa dotem promisit, habet mulierem obligatam; et poterit dici, etiam manente matrimonio eam teneri, quia habet dotem, sicut in collatione bonorum dicitur, vel certe post divortium, sive exacta sit dos, sive maneat nomen, quia potest efficere, ut ei accepto feratur. Quodsi mulier suum curatorem adimplere id (1), quod supra vires patrimonii eius in dotem dare promisit, non queat, curatorem quidem in hoc, quod superfluum est, per exceptionem relevari, mulier (2) vero cautionem in maritum exponere debet; quodsi quandoque locupletior constante matrimonio facta fuerit, dotis reliquum marito servat (3).

Pretor, no de otra suerte, que si hubiese prometido que él daría el dinero al acreedor de la doncella; pero que este, de que tratamos, si prometió la dote, no con ánimo de hacer donación, sino por razón de gestionar el asunto, tiene obligada á la mujer; y podrá decirse, que aun durante el matrimonio está ella obligada, porque tiene la dote, como se dice en la colación de los bienes, ó ciertamente después del divorcio, ya si hubiera sido cobrada la dote, ya si subsista el crédito, porque puede hacer que se le haga el pago. Pero si la mujer no tuviera posibilidad de que su curador cumpla lo que con exceso sobre los recursos del patrimonio de ella prometió dar en dote, el curador es ciertamente relevado, por medio de excepción, de lo que es el exceso, pero la mujer debe dar caución á favor del marido; pero si algún día se hubiere hecho más rica durante el matrimonio, reserva para el marido lo restante de la dote.

**44.** [**43.** *H.* **45.** *V.*] Idem *libro XIII. Quaestionum.*—Qui nominibus a curatoribus prioribus susceptis, sive tutoribus, nomina agnoverunt, periculum in se transferunt.

§ 1.—Sed si pupillus post pubertatem rationibus a tutore acceptis reliquationem eius secutus usuras acceptaverit, privilegium suum non amittit in bonis tutoris venditis; Praetor enim privilegium ei servare debet.

**44.** [**43.** *H.* **45.** *V.*] El mismo; *Cuestiones, libro XIII.*—Los que, habiendo recibido de los anteriores curadores, ó tutores, unos créditos, aprobaron estos créditos, asumen sobre sí la responsabilidad.

§ 1.—Pero si el pupilo, después de la pubertad, recibidas del tutor las cuentas, habiendo reconocido los atrasos de éste, hubiere aceptado los intereses, no pierde su privilegio sobre los bienes vendidos del tutor; porque el Pretor le debe conservar el privilegio.

**45.** [**44.** *H.* **46.** *V.*] Idem *libro XIV. Quaestionum.*—Si pupillus alterum ex tutoribus post pubertatem (4) liberasset, improbe alterum illius nomine conabitur interpellare. Idemque dicemus in duobus magistratibus collegis, quorum alterum Respublica convenit. Sed haec in magistratibus tractavi (5), quasi duo rei eiusdem debiti essent omnimodo; quod non ita est, nam si uterque idoneus est, electio locum non habet. Is autem, qui tempore liberatus est, non ei similis est, qui nihil habet, sed ei, qui satisfecit, habet enim, quod obiiciat petitori.

**45.** [**44.** *H.* **46.** *V.*] El mismo; *Cuestiones, libro XIV.*—Si después de la pubertad hubiese liberado el pupilo á uno de los tutores, sin probidad intentará reclamar á otro por el motivo de aquél. Y lo mismo diremos respecto á dos magistrados colegas, á uno de los que lo demandó la República. Pero dije esto de los magistrados, como si ambos fuesen deudores absolutamente de la misma deuda; lo que no es así, porque si ambos son abonados, no tiene lugar la elección. Mas el que quedó libre por el tiempo, no es semejante al que no tiene nada, sino al que satisfizo, porque tiene cosa que oponer al demandante.

**46.** [**45.** *H.* **47.** *V.*] Idem *libro IX. Responsorum.*—Lucius Titius curator Caii Seii tempore curae fundum Cornelianum locavit Sempronio, qui Sempronius reliqua traxit; pupillus aetate probata eundem quondam colonum Sempronium fecit procuratorem; quaero, an ex eo, quod ille ut procurator egit, omne debitum adolescens agnovisse videatur, eoque nomine curatorem suum liberasset? Paulus respondit, non ex eo, quod adultus eum, qui praedia eius coluit, procuratorem habere voluit, debitum, quod ex conductione reliquatus est, agnovisse eum videri.

§ 1.—Sempronii, qui ex pollicitatione debitor patriae suae extiterat, bona Respublica iussu Praesidis possedit, quorum bonorum magistratus Reipublicae tres curatores constituerunt, qui apud Graecos ἐπιμεληταί [*curatores*] (6) vocantur, qui postea inter se sine consensu Reipublicae administrationem bonorum Sempronii diviserunt; ex quibus quidam quum reliqua traherent, idonei in ipso

**46.** [**45.** *H.* **47.** *V.*] El mismo; *Respuestas, libro IX.*—Lucio Ticio, curador de Cayo Seyo, durante la curatela dió en arrendamiento el fundo Corneliano á Sempronio, el cual Sempronio quedó debiendo atrasos; el pupilo, cumplida su edad, hizo su procurador al mismo Sempronio, en otro tiempo colono suyo; pregunto, ¿porque este haya obrado como procurador suyo, se entenderá que el adolescente condonó toda la deuda, y que por tal motivo dejó libre á su procurador? Paulo respondió, que no porque el adulto quiso tener como procurador al que cultivó sus predios, se entiende que él condonó lo que quedó de atrasos en el arrendamiento.

§ 1.—La República poseyó por mandato del Presidente los bienes de Sempronio, que en virtud de promesa era deudor de su patria, para cuyos bienes nombraron los magistrados de la República tres curadores, que los griegos llaman ἐπιμεληταί, *[cuidadores]*, los cuales se dividieron después entre sí sin el consentimiento de la República la administración de los bienes de Sempronio; quedando

(1) ec, *Hal.*
(2) mulierem—exponere debere; *Hal.*
(3) solvat, *Hal.*
(4) auctoritate curatoris, *inserta Hal.*

(5) quidam tractant *(en lugar de* tractavi), *Hal.*
(6) μηδικοί, *otros en Hal.;* ἔκδικοι ὁ ἐπίτροποι, ὁ ἐμπάκται, *otros en Br.*

tempore administrationis esse desierunt (1); postea pupillus heres Sempronii, qui abstentus erat, ab Imperatore impetravit, ut bona paterna ei restituerentur; quaero, an ex bonis eorum, qui idonei sunt, indemnitati pupilli prospici debeat, quum individuum his officium curae a magistratibus iniunctum sit? Paulus respondit, si pupillo in curatores bonorum actiones decerni placuerit, pro eius portione, qui idoneus non sit, magistratus conveniri oportere; alia enim causa est tutorum, alia eorum, qui Reipublicae negotia administrant.

§ 2.—Tutorem, qui pecuniam pupillarem, quamvis suo nomine foeneravit, non videri contra Constitutiones fecisse, quae prohibent, pecuniam pupillarem in usus suos convertere.

§ 3.—Quaesitum est, an eius pecuniae, qua tutor usus est, post finitam quoque tutelam in diem iudicii accepti easdem usuras praestare debeat? Paulus respondit, finita administratione eas usuras debere computari, quae in tutelae iudicio computantur.

§ 4.—Paulus respondit, propter ea, quae post pubertatem nulla necessitate cogente, sed ex voluntate sua tutor administravit, fideiussorem, qui salvam rem fore cavit, non teneri.

§ 5.—Tutelae iudicio tutor conventus edidit librum rationum, et secundum eum condemnatus solvit; postea (quum) a debitoribus paternis, quorum nomina libro rationum non inerant, exigere vellet pupillus (2), et prolatae sunt ab his apochae tutoris, quaesitum est, utrum adversus tutorem, an adversus debitores actio ei competat? Paulus respondit, si tempore administrandae tutelae tutori tutelam gerenti debitores solvissent, liberatos eos ipso iure a pupillo; sed si cum tutore actum esset, posse eundem adolescentem propter eam causam tutelae experiri, et adversus exceptionem rei iudicatae doli mali uti replicatione.

§ 6.—Quum testamento duo tutores dati essent pupillo, et alter ex his vita defunctus fuisset, in locum eius petente matre ex Praesidis provinciae praecepto a magistratibus alius (3) tutor datus est, a quo magistratus satis exegerunt rem salvam fore; tutor testamento datus postea datum suspectum fecit; quaesitum est, in quantum teneatur? Paulus respondit, tutorem testamento datum pro ea parte conveniri oportere, pro qua parte administravit, pro contutoris autem portione prius eos conveniri debere, qui pro eo se obligaverunt, vel magistratus, qui eum dederunt; tunc si solidum pupillus consequi non potuerit, de officio contutoris quaerendum, an suspectum facere debuerit, praesertim quum suspectum quoque eum postulasse dicatur; alias quidem, quum magistratus plures tutores dant, non prius ad eos reverti pupillus potest, quam omnes tutores excussati (4) fuerint. In proposito, quum unus a magistratibus datus proponeretur, non est visum, prius collegam conveniendum, qui et suspectum fecit, et testa-

con atrasos uno de ellos, dejó de ser solvente durante el mismo tiempo de la administración; después, el pupilo heredero de Sempronio, que se había abstenido de la herencia, impetró del Emperador que se le restituyesen los bienes de su padre; pregunto, ¿deberá atenderse á la indemnidad del pupilo con los bienes de los que son solventes, puesto que por los magistrados se les encomendó indiviso el cargo de la curatela? Paulo respondió, que si pareciere bien que se le concediesen al pupilo acciones contra los curadores de los bienes, procedía que los magistrados fuesen demandados por la porción del que no fuese solvente; porque una es la causa de los tutores, y otra la de los que administran los negocios de la República.

§ 2.—No se considera que el tutor, que prestó á interés, aunque en su propio nombre, dinero del pupilo, obró contra las Constituciones, que prohiben invertir en usos propios el dinero del pupilo.

§ 3.—Se preguntó, ¿de aquel dinero, de que se utilizó el tutor, deberá pagar los mismos intereses aún después de acabada la tutela hasta el dia en que fué aceptado el juicio? Paulo respondió, que, acabada la administración, deben computarse los intereses que se computan en la acción de tutela.

§ 4.—Paulo respondió, que el fiador, que dió caución de que quedarían á salvo los bienes, no se obliga por aquellas cosas que después de la pubertad administró el tutor no por alguna necesidad apremiante, sino por su propia voluntad.

§ 5.—Un tutor demandado por la acción de tutela presentó el libro de cuentas, y, condenado con arreglo á este, pagó; después, queriendo el pupilo cobrar de los deudores de su padre, cuyos créditos no estaban inscritos en el libro de cuentas, y habiéndose presentado por aquellos ápocas del tutor, se preguntó, ¿le competerá acción contra el tutor, ó contra los deudores? Paulo respondió, que si en el tiempo de la administración de la tutela hubiesen pagado los deudores al tutor que administraba la tutela, de derecho quedaron ellos libres del pupilo; pero que si se hubiese ejercitado acción contra el tutor, podía el mismo adolescente ejercitar por esta causa la acción de tutela, y servirse de la réplica de dolo malo contra la excepción de cosa juzgada.

§ 6.—Habiéndose dado en testamento dos tutores á un pupilo, y habiendo fallecido uno de ellos, á petición de la madre se nombró en virtud de mandato del Presidente de la provincia otro tutor por los magistrados, al cual le exigieron los magistrados caución de que quedarían á salvo los bienes; el tutor nombrado en el testamento acusó de sospechoso al que después fué nombrado; se preguntó, ¿por cuánto estará obligado? Paulo respondió, que el tutor nombrado en el testamento debía ser demandado por aquella parte que administró, pero que por la porción del contutor debían ser demandados primeramente los que por él se obligaron, ó los magistrados que lo nombraron; y que en este caso, si el pupilo no hubiere podido conseguir la totalidad, se ha de examinar respecto al cargo del contutor, si haya debido acusarle de sospechoso, principalmente diciéndose que también él le acusó de sospechoso; pues de otro modo, cuando los magistrados nombran muchos tutores, el pupilo no puede dirigirse contra ellos antes que se haya

(1) *Estas frases*, ex quibus quidam—esse desierunt, *que están en plural, deben, á nuestro juicio, leerse en singular, porque de otra suerte no tendría sentido el fragmento, pues, siendo tres los curadores á que se refiere, no es posible que mas de uno se hiciera insolvente, y mas de uno continuara siendo solvente. Y como al final se indica claramente con las palabras* pro eius portione, qui idoneus non sit. *que solo uno de los tres se hizo insolvente, hemos ajustado á esta interpretación la traducción, bien que sin alterar el texto latino.—N. del Tr.*

(2) decem, *inserta Hal.*

(3) alius, *omítela Hal.*

(4) *Taur.;* excusati, *el códice Fl.;* excussi, *Hal.*

mento datus est, perindeque habendos singulos, ac si (1) in partes dimidias tutores dati essent.

§ 7.—Tutoribus concessum est, a debitoribus pupilli pecuniam exigere, ut ipso iure liberentur, non etiam donare, vel etiam deminuendi causa cum iis transigere; et ideo eum, qui minus tutori solvit, a pupillo in reliquum conveniri posse.

**47.** [**46.** *H.* **48.** *V.*] SCAEVOLA *libro II. Responsorum.*—Titium et Maevium tutores quis dedit, et cavit: Βούλομαι καὶ παρακαλῶ, πάντα (2) γίνεσθαι μετὰ τῆς Μαιβίου τοῦ ἀδελφοῦ μου γνώμης, καὶ δίχα αὐτοῦ τὸ γινόμενον ἄκυρον ἔστω, [*Volo et rogo, omnia fieri cum Maevii fratris mei consilio, et quod sine eo fiet, irritum sit,*] Titius solus a debitoribus exegit; an liberati essent? Respondi, si et administrationem Maevio dedisset, non recte solutum.

§ 1.—«Quantum autem (3) filio meo diurnum sufficiat, Marina (4) et Ianuaria aestimabunt»; quaero, an contenti esse debeant tutores arbitrio mulierum? Respondi, sumtum boni viri arbitrio faciendum.

§ 2.—Tutores dati ad res Italicas instrumenta Romae reperierunt debitorum provincialium, ut pecunia Romae, aut ubicunque petitum fuerit, solvatur; quaero, quum neque debitores in Italia essent, neque eorum praedia, an haec exactio ad Italicae rei tutores pertineat? Respondi, si provincialis contractus esset, non pertinere, respicere tamen ad officium eorum, ne instrumentorum ignorantia contractus eos, ad quos administratio pertineret, lateret.

§ 3.—A matre datus testamento tutor, quum putaret, se tutorem esse, distraxit bona materna et paterna pupillorum, et decessit non solvendo; quaeritur, an pupillus res possit vindicare? Respondi, si manent res pupilli, vindicari ab eo posse.

§ 4.—Praefectus legionis ita testamento cavit: «volo, ut sit in arbitrio tutorum filii mei, si voluerint, huius summae uncias inferre usurarum nomine ita, ne numi dispargantur»; quaero, si apparuerit pecunia foenerata a tutoribus, iudicio tutelae uncias (5) usuras, an vero eas, quas stipulati sunt, praestare debeant? Respondi: si secundum voluntatem defuncti elegissent usurarum praestationem, neque pupilli nomine in foenus dedissent, id praestatur, quod testator voluisset.

§ 5.—Lucius Titius mutuam pecuniam a tutore accepit, et rem hereditariam pignori ei dedit; post triennium iam puberibus his, quorum tutela administrata est, fisco bona defuncti adiudicata sunt, quia mortem eius heres non est ultus; quaeritur, an id nomen pupillus recusare possit? Respondi, secundum ea, quae proponuntur, id nomen ad onus tutorum non pertinere.

(1) in testamento, *inserta Hal.*

(2) *Hal.;* πάντας, *el códice Fl.*

(3) autem, *omítela Hal.*

hecho excusión respecto á todos los tutores. En el caso propuesto, como se dice que uno solo fué nombrado por los magistrados, no pareció conveniente que hubiera de ser demandado antes el colega que hizo la acusación de sospechoso y fué nombrado en el testamento, y ha de ser considerado cada uno lo mismo que si hubiesen sido nombrados tutores por medias partes.

§ 7.—Se les concedió á los tutores, que cobrasen el dinero de los deudores del pupilo, para que de derecho queden libres, pero no también hacer donación, ó aún transigir con ellos para hacer una disminución; y por esto, el que pagó menos al tutor puede ser demandado para lo restante por el pupilo.

**47.** [**46.** *H.* **48.** *V.*] SCÉVOLA; *Respuestas, libro II.*—Uno nombró á Ticio y Mevio como tutores, y dispuso: «Quiero y ruego, que todo se haga con consejo de mi hermano Mevio, y que sea nulo lo que sin él se hiciere»; solo Ticio cobró de los deudores; ¿habrán quedado libres? Respondí, que si á Mevio le hubiese dado también la administración, no se habría pagado bien.

§ 1.—«Pero Marina y Januaria estimarán cuánto baste al día para mi hijo»; pregunto, ¿deberán conformarse los tutores con el arbitrio de mujeres? Respondí, que el gasto se ha de hacer á arbitrio de hombre bueno.

§ 2.—Los tutores nombrados para los bienes de Italia encontraron en Roma instrumentos de deudores de provincias, para que el dinero se pague en Roma, ó donde quiera que hubiere sido pedido; pregunto, ¿no estando en Italia los deudores, ni sus predios, corresponderá este cobro á los tutores de los bienes de Italia? Respondí, que si el contrato hubiese sido hecho en una provincia, no les correspondía, pero que incumbía al cargo de los mismos que la ignorancia de los instrumentos no ocultase los contratos á aquellos á quienes les perteneciera la administración.

§ 3.—El tutor nombrado por la madre en su testamento, creyendo que era tutor, enajenó los bienes maternos y paternos de los pupilos, y falleció insolvente; se pregunta, ¿podría el pupilo reivindicar los bienes? Respondí, que si existen los bienes del pupilo, pueden ser reivindicados por él.

§ 4.—El Prefecto de una legión dispuso así en su testamento: «quiero, que esté al arbitrio de los tutores de mi hijo pagar, si quisieren, por razón de intereses el doce por ciento de esta suma, para que de este modo no se disperse el dinero»; pregunto, ¿si apareciere que el dinero fué prestado á interés por los tutores, deberán pagar por la acción de tutela los intereses del doce por ciento, ó los que estipularon? Respondí: si conforme á la voluntad del difunto hubiesen preferido el pago de intereses, y en nombre del pupilo no hubiesen dado á interés el dinero, se pagan los que el testador haya querido.

§ 5.—Lucio Ticio recibió del tutor dinero en mútuo, y le dió en prenda una cosa de la herencia; después de tres años, hechos ya púberos aquellos cuya tutela fué administrada, se le adjudicaron al fisco los bienes del difunto, porque el heredero no vengó su muerte; se pregunta, ¿podría el pupilo recusar este crédito? Respondí, que según lo que se propone, este crédito no pertenece al cargo de los tutores.

(4) Mariana, *Hal.*

(5) unciales, *ó* unciarias, *conjetura Br.*

§ 6.—Altero ex duobus fratribus sociis bonorum et negotiationis defuncto, herede filio, patruus tutor venditis omnibus communis negotiationis mercibus et sibi redemtis negotium suo nomine exercuit; quaesitum est, utrum compendium negotii, an usuras pecuniae praestare debeat? Respondi, secundum ea, quae proponuntur, pupillo usuram, non compendium praestandum.

§ 7.—Tutor rerum Italicarum conventus a creditore provinciali, ubi rem pupillus habuit, solvit; quaesitum est, an id tutelae iudicio reputari potest? Respondi, nihil proponi, cur non possit.

**48.** [**47.** *H.* **49.** *V.*] Hermogenianus *libro I. iuris Epitomarum* (1).—Inter bonorum ventrisque curatorem, et inter curatorem furiosi, itemque prodigi pupillive magna est differentia, quippe quum illis quidem plane (2) rerum administratio, duobus autem superioribus sola custodia, et rerum, quae deteriores futurae sunt, venditio committitur.

**49.** [**48.** *H.* **50.** *V.*] Paulus *libro II. Sententiarum.*—Ob foenus pupillaris pecuniae per contumaciam non exercitum, aut fundorum omissam comparationem tutor, si non ad damnum resarciendum idoneus est, extra ordinem coërcebitur.

**50.** [**49.** *H.* **51.** *V.*] Hermogenianus *libro II. iuris Epitomarum* (3).— Si res pupillaris incursu latronum pereat, vel argentarius, cui tutor pecuniam dedit, quum fuisset celeberrimus, solidum reddere non possit, nihil eo nomine tutor praestare cogitur.

**51.** [**50.** *H.* **52.** *V.*] Venuleius *libro VI. Stipulationum.*—Si duo pluresve tutores tutelam administrent, in fideiussorem quidem in solidum per quemlibet eorum committitur stipulatio; at si inter eos divisa sit tutela regionibus, quod plerumque fit, et alius urbica negotia, alius peregrina administraret, tunc ex substantia cuiusque rei aut committi contra fideiussorem stipulationem, aut non committi dicemus. Nam licet omnes tutores sint, et tutelam gerant, tamen quum quis de ea re, quae extra suam regionem erit, experiri vel ad iudicium vocari coeperit, perinde non committitur stipulatio, atque si ei administratio tutelae permissa non esset; quantum enim facit in totum denegata, tantundem valet, si in ea re, de qua agitur, denegata sit.

**52.** [**51.** *H.* **53.** *V.*] Neratius *libro I. Responsorum* (4).—Curator pro minore non tantum dotem dare debet, sed etiam impendia, quae ad nuptias facienda sunt.

**53.** [**52.** *H.* **54.** *V.*] Paulus *libro II.* (5) *Decretorum.*—Aemilius Dexter magistratus sui tempore datis tutoribus cessaverat in exigenda satisdatione; deinde a (6) quibusdam excusatis a sequenti-

§ 6.—Habiendo fallecido uno de dos hermanos que eran consocios en los bienes y en una negociación, dejando por heredero á su hijo, su tio paterno y tutor, vendidas todas las mercancias de la negociación común y habiéndolas comprado para sí, explotó el negocio en su propio nombre; se preguntó, ¿deberá pagar las ganancias del negocio, ó los intereses del dinero? Respondí, que según lo que se propone, al pupilo se le han de pagar los intereses, no las ganancias.

§ 7.—Demandado el tutor de los bienes de Italia por un acreedor de provincia, pagó donde el pupilo tuvo la cosa; se preguntó, ¿se puede computar esto en la acción de tutela? Respondí, que nada se propone para que no se pueda.

**48.** [**47.** *H.* **49.** *V.*] Hermogeniano; *Epítome del Derecho, libro I.*—Hay gran diferencia entre el curador de los bienes y del vientre, y el curador del furioso, así como del pródigo ó del pupilo, porque á estos ciertamente se les encomienda la administración de los bienes, pero á los dos primeros solamente la custodia, y la venta de los bienes que se han de deteriorar.

**49.** [**48.** *H.* **50.** *V.*] Paulo; *Sentencias, libro II.*—Por razón de los intereses de dinero del pupilo no cobrados por contumacia, ó por causa de la compra de fundos que no se hizo, será castigado en la vía extraordinaria el tutor, si no es abonado para resarcir el daño.

**50.** [**49.** *H.* **51.** *V.*] Hermogeniano; *Estipulaciones, libro VI.*—Si los bienes del pupilo perecieran por acometida de ladrones, ó si el banquero, á quien el tutor dió el dinero, porque fuese reputadísimo, no pudiera devolver la totalidad, nada es obligado á pagar el tutor por este motivo.

**51.** [**50.** *H.* **52.** *V.*] Venuleyo; *Estipulaciones, libro VI.*—Si dos ó más tutores administrasen la tutela, por razón de cualquiera de ellos se ejecuta ciertamente por el todo contra el fiador la estipulación; mas si entre ellos se hubiera dividido por regiones la tutela, como se hace las más de las veces, y uno administrase los negocios de la ciudad, y otro los de fuera, en este caso, en conformidad á la naturaleza de cada negocio diremos que se ejecuta, ó no se ejecuta, contra el fiador la estipulación. Porque aunque todos sean tutores, y administren la tutela, sin embargo, cuando alguno comenzare á demandar, ó á ser citado á juicio, por cosa que estuviere fuera de su región, no se ejecuta la estipulación, de igual suerte que si á él no se le hubiese permitido la administración de la tutela; porque cuanto efecto produce denegada en su totalidad, otro tanto produce si hubiera sido denegada respecto á la cosa de que se trata.

**52.** [**51.** *H.* **53.** *V.*] Neracio; *Respuestas, libro I.*—El curador debe dar por la menor no solamente la dote, sino también los gastos que se han de hacer para las nupcias.

**53.** [**52.** *H.* **54.** *V.*] Paulo; *Decretos, libro II.*—Emilio Dextro, habiendo nombrado tutores en el tiempo de su magistratura, dejó de exigirles fianza; después, habiendo sido excusados algunos, fué

(1) IV. iuris ἐπιτομῶν, *Hal.*
(2) plena, *la Vulg.*
(3) *Véase la nota 1.*

(4) III. membranarum, *Hal.*
(5) III., *Hal.*
(6) a, *es considerada palabra supérflua.*

bus magistratibus Dexter tutor assumtus fuerat; creatus conveniebatur in solidum duplici ratione, (1) quod, quum magistratus esset et tutores dedisset, satisdationem non exegisset; ex diverso dictum est, licet satis exactum non esset, tamen in diem tutelae finitae idoneos fuisse tutores, neque cessationem curatorum obesse tutoribus debere; pronuntiavit (2), si in diem finitae tutelae idonei permansissent tutores, licet (3) satis non esset exactum, curatorum esse periculum, si minus, tutorum et magistratuum, hoc est (4), tunc esse periculum eius, qui suspectum non fecisset, aut satis non exegisset, quum finita tutela non inveniretur idoneus fuisse.

nombrado tutor Dextro por los magistrados sucesores suyos; el nombrado era demandado por la totalidad por dos razones, porque siendo magistrado y habiendo nombrado los tutores, no les exigió fianza; por el contrario se dijo, que aunque no se hubiese exigido fianza, los tutores fueron, sin embargo, solventes hasta el dia en que feneció la tutela, y que la omisión de los curadores no debía perjudicar á los tutores; declaró, que si los tutores hubiesen permanecido siendo solventes hasta el dia de extinguida la tutela, aunque no se hubiese exigido fianza, la responsabilidad era de los curadores, y que si no, de los tutores y de los magistrados, esto es, que en este caso la responsabilidad era del que no lo hubiese acusado de sospechoso, ó no hubiese exigido la fianza, cuando finida la tutela no se hallase que fuera solvente.

**54.** [**53.** *H.* **55.** *V.*] TRYPHONINUS *libro II.* (5) *Disputationum.*—Non existimo maximis usuris subiiciendum eum, qui a contutoribus suis mutuam pecuniam pupilli accepit, et cavit, certasque usuras promisit, quas et alii debitores pupillo dependunt, quia hic sibi non consumsit, nec clam, nec quasi sua pecunia licenter abutitur, et nisi his usuris a contutore mutuum ei daretur, aliunde accepisset. Et multum refert, palam aperteque debitorem se, ut extraneum et quemlibet faceret pupillo, an sub administratione tutelae pupillique utilitate latenter sua commoda pupilli pecunia iuvaret.

**54.** [**53.** *H.* **55.** *V.*] TRIFONINO; *Disputas, libro II.*—No creo que haya de sujetarse al pago de los mayores intereses al que de sus contutores recibió en mútuo dinero del pupilo, y dió caución, y prometió determinados intereses, que también otros deudores pagan al pupilo, porque este no lo consumió para sí, ni usa de él abusivamente en secreto, ni como de dinero propio, y si no se le diese por su contutor el préstamo con estos intereses, lo habría tomado en otra parte. Y hay mucha diferencia entre que se haga manifiesta y abiertamente deudor del pupilo, como un extraño cualquiera, y que so pretexto de la administración de la tutela y de la utilidad del pupilo atienda secretamente con el dinero del pupilo á sus propias conveniencias.

**55.** [**54.** *H.* **56.** *V.*] IDEM *libro XIV.* (6) *Disputationum.*—Tres tutores pupillo dati sunt, unus tutelam gessit, et solvendo non est, secundus Titio (7) gerendam mandavit, et Titius quaedam administravit (8), tertius nihil omnino gessit; quaesitum est, quatenus quisque eorum teneatur? Et tutorum quidem periculum commune est in administratione tutelae, et in solidum universi tenentur. Plane si pecunia numerata pupilli inter eos distributa est, non in maiorem summam quisque eorum, quam accepit, tenetur.

§ 1.—Sed si ipsi tutores rem pupilli furati sunt, videamus, an ea actione, quae proponitur ex lege duodecim tabularum adversus tutorem in duplum, singuli in solidum teneantur? Et quamvis unus duplum praestiterit, nihilominus etiam alii teneantur; nam in aliis furibus eiusdem rei pluribus non est propterea ceteris poenae deprecatio (9), quod ab uno iam exacta est, sed tutores propter admissam administrationem non tam invito domino contrectare eam videntur, quam perfide agere. Nemo denique dicet, unum tutorem et duplum hac actione praestare, et quasi specie condictionis aut ipsam rem, aut eius aestimationem.

§ 2.—Non solum ergo gessisse tutelam is creditur, qui (10) alii gerendam mandavit, sed et qui satis a contutore accepit rem salvam pupillo futuram, eique permisit administrationem totius tute-

**55.** [**54.** *H.* **56.** *V.*] EL MISMO; *Disputas, libro XIV.*—Se nombraron tres tutores á un pupilo, uno administró la tutela, y no es solvente, el segundo encomendó á Ticio que la administrara, y Ticio administró algunas cosas, y el tercero no administró absolutamente nada; se preguntó, ¿por cuánto estará obligado cada uno de ellos? Y á la verdad, en la administración de la tutela es común la responsabilidad de los tutores, y todos están obligados solidariamente. Mas si se distribuyó entre ellos el dinero del pupilo, no está obligado cada uno de ellos por mayor suma de la que recibió.

§ 1.—Pero si los mismos tutores hurtaron una cosa del pupilo, veamos, ¿estará cada uno obligado por el todo por la acción que por el duplo se establece por la ley de las Doce Tablas contra el tutor? Y aunque uno hubiere pagado el duplo, sin embargo, también los otros quedan obligados; porque tratándose de otros muchos ladrones de la misma cosa, no hay contra los demás la petición de la pena por esto, porque ya fué exigida de uno, pero por haber admitido la administración se considera que los tutores no tanto toman la cosa contra la voluntad de su dueño, como que obran con perfidia. Por último, nadie dirá que un tutor entrega por esta acción el duplo, y como por cierta especie de condicción ó la misma cosa, ó su estimación.

§ 2.—Así, pues, se crée que administró la tutela no solamente el que mandó á otro que la administrase, sino también el que de su contutor recibió fianza de que al pupilo le quedarían á salvo sus

(1) et quia tutor, et, *inserta Hal.*
(2) pronunciavi, *la Vulg.*
(3) *Hal.;* et, *inserta el códice Fl.*
(4) hoc est—idoneus fuisse, *omítelas Hal.*
(5) VII., *Hal.*
(6) IX., *Hal.*

(7) tertio (*en lugar de* Titio), *Hal.*
(8) et Titius quaedam administravit, *omítelas Hal.*
(9) poenae demta actio, *Hal.;* poenae demta exactio, *la Vulg.*
(10) vel ipse gessit, vel, *inserta Hal.*

lae; nec potest se defendere Constitutionibus, quae iubent ante conveniri eum, qui gessit.

bienes, y le permitió á aquel la administración de toda la tutela; y no puede defenderse con las Constituciones, que mandan que antes sea demandado el que administró.

§ 3.—Item (1) in eo, quod nemo gessit, non utique eius periculum est, qui quaedam gessit, sed communiter omnium; exigi autem ab eo solo periculum ob alia, quae non gessit, non oportet, nisi si qua talia sunt, quae vel consummationem coeptorum ab eo desiderabant, vel ita coniuncta fuerunt, ut separari non deberent (2).

§ 3.—Asimismo, respecto á aquello que nadie administró, la responsabilidad no es ciertamente del que administró algunas cosas, sino de todos en común; pero no conviene que se exija de él solo la responsabilidad por las otras cosas, que no administró, salvo si hay algunas ó que reclamaban de él la conclusión de las comenzadas, ó que de tal manera estuvieron conjuntas, que no debieran separarse.

§ 4.—Quod autem dicitur, desiisse (3) solvendo esse, vel non esse, contutores praestare debere, videamus, qualem intellectum habet, id est (4), utrum sufficit, nihil deminutum esse de facultatibus contutoris, ex quo tempore datus est, sed eandem faciem patrimonii permansisse, an, etsi nihil post accidit, quod palam faciat deminutionem patrimonii, debet tamen contutor inquirere fortunas contutoris? Sed hoc et ex personae qualitate, et ex temporis intercapedine, quo testamentum factum est, usque ad mortem patris aliam aestimationem accipere debet (5); nam aperte prodigo, vel cuius bona venierunt, licet obreptum fuerit Praetori, qui decreto eum dedit, permittere contutori (6) administrationem non debet; et potuit aliquid pater eorum post testamentum factum accidens ignorasse, aut quum destinatum haberet mutare testamentum, id non fecisse.

§ 4.—Mas véamos qué sentido tiene lo que se dice, que los contutores deben responder si dejó de ser, ó de no ser, solvente, esto es, ¿basta que en nada se hayan disminuido las facultades del contutor desde el momento en que fué nombrado, sino que haya permanecido siendo el mismo el aspecto de su patrimonio, ó, aunque nada haya sucedido después, que haga patente la disminución del patrimonio, deberá, sin embargo, inquirir el contutor la fortuna de su contutor? Pero esto debe admitir diferente interpretación, así por la calidad de la persona, como por el lapso de tiempo, en que se hizo el testamento, hasta la muerte del padre; porque al contutor manifiestamente pródigo, ó á aquel cuyos bienes fueron vendidos, aunque se hubiere sorprendido al Pretor, que lo nombró por decreto, no se le debe permitir la administración; y pudo el padre de ellos haber ignorado algo que ocurriera después de hecho el testamento, ó teniendo determinado cambiar el testamento, no haberlo hecho.

**56.** [**55.** *H.* **57.** *V.*] Scaevola *libro IV. Digestorum.*—Tutor rerum et animalium pupilli venditionem fecit, sed quaedam animalia emtoribus pretium non solventibus retinuit et apud se habuit, pretium idem rationibus pupilli accepto tulit, ex his aliquot nata sunt, defuncto tutore heres eius eandem tutelam administravit, et animalia annis plurimis (7) possedit; quaesitum est, an, quum is (8), cuius tutela administrata est, annorum quatuordecim (9) esset, iure animalia vindicaret? Respondit, secundum ea, quae proponerentur, pupillum ea vindicare non posse.

**56.** [**55.** *H.* **57.** *V.*] Scévola; *Digesto, libro IV.*—Un tutor hizo la venta de cosas y de animales del pupilo, pero no pagando los compradores el precio retuvo y tuvo en su poder algunos animales, y consignó como recibido el mismo precio en las cuentas del pupilo; de aquellos nacieron algunos, y habiendo fallecido el tutor, su heredero administró la misma tutela, y poseyó muchos años los animales; se preguntó, ¿siendo de catorce años aquel cuya tutela fué administrada, reivindicaría con derecho los animales? Respondió, que, según lo que se exponía, el pupilo no podía reivindicarlos.

**57.** [**56.** *H.* **58.** *V.*] Idem *libro X. Digestorum.*—Chirographis debitorum incendio exustis quum ex inventario tutores convenire eos possent ad solvendam pecuniam, aut novationem faciendam cogere, quum idem circa priores (10) debitores propter eundem casum fecissent, et (11) id omisissent circa debitores pupillorum, an, si quid propter hanc cessationem eorum pupilli damnum contraxerunt, iudicio tutelae consequantur? Respondit, si approbatum fuerit, eos tutores hoc per dolum vel culpam praetermisisse, praestari ab his hoc debere (12).

**57.** [**56.** *H.* **58.** *V.*] El mismo; *Digesto, libro X.*—Habiéndose quemado en un incendio los quirógrafos de los deudores, y pudiendo los tutores demandar á estos en virtud del inventario para que pagasen el dinero, ú obligarles á hacer novación, pues lo mismo habian hecho por el mismo accidente respecto á anteriores deudores, y habiendo omitido hacerlo en cuanto á los deudores de los pupilos, ¿si con esta omisión suya recibieron algún daño los pupilos, lo conseguirán con la acción de tutela? Respondió, que si se hubiere probado que los tutores omitieron esto por dolo ó culpa, debe responderse de esto por ellos.

§ 1.—Ab eo, qui sententia Praesidis bonis ademtis relegatus erat, quum ex permissu Principis appellatio eius recepta sit, quam is, qui pronuntiaverat, non receperat, fundum emerat pupillus intervenientibus tutoribus, et appellatione iniusta

§ 1.—Un pupilo había comprado, interviniendo sus tutores, un fundo de quien había sido relegado habiéndosele quitado sus bienes por sentencia del Presidente, y habiendo sido admitida por permiso del Príncipe la apelación de la misma, que no

(1) Inde, *Hal.*
(2) *Hal.;* debuerunt, *el códice Fl.*
(3) *Taur.;* dedisse, *el códice Fl., Br.*
(4) item *(en lugar de* id est), *Hal.*
(5) potest, *Hal.*
(6) contutor, *Hal.*
(7) pluribus, *Hal.*

(8) *En el texto se lée* iis, *sin duda por errata, que hemos creido que debiamos corregir.—N. del Tr.*
(9) *Hal. Vulg.;* annis viginti quatuor, *el códice Fl.*
(10) proprios, *Hal.*
(11) *Hal. Vulg.;* et, *omitela el códice Fl.*
(12) *Hal.;* deberi, *el códice Fl.*

pronuntiata fundus ei ablatus est; quaesitum est, an tutelae iudicio pretium fundi pupillus consequi a tutoribus possit? Respondit, si scientes emerunt ab eo, qui in ea causa esset, ut obnoxius sententiae priori esset, tutelae iudicio eos teneri.

**58.** [**57.** *H.* **59.** *V.]* IDEM *libro XI. Digestorum.* —Qui negotiationem per Pamphilum et Diphilum, prius servos, postea libertos, exercebat, suo testamento eos tutores reliquit, et cavit, ut negotium eodem more exerceretur, quo se vivo exercebatur; hique tutelam administraverunt non tantum quum impubes patroni filius fuisset, sed etiam post pubertatem eius; sed Diphilus quidem cum incremento negotiationis rationes obtulit, Pamphilus autem putavit, reddere (1) oportere non ad incrementum negotiationis, sed ad computationem usurarum, ut in tutelae iudicio solet; quaesitum est, an secundum voluntatem defuncti exemplo Diphili Pamphilus quoque rationem reddere debeat? Respondit, debere. Claudius Tryphoninus: quia lucrum facere ex tutela non debet.

§ 1.—Ex duobus tutoribus pupilli altero defuncto adhuc impubere pupillo, qui supererat, ex persona pupilli sui iudice accepto consecutus est cum usuris, quantum ex tutela ad tutorem defunctum pervenerat; quaesitum est, iudicio tutelae, quo experitur pubes factus, utrum eius tantum portionis, quae ab initio quod (2) ex tutelae ratione pervenerat ad defunctum contutorem, usurae veniant, an etiam eius summae, quae exortis (3) usuris pupillo aucta post mortem eius ad superstitem aeque cum sorte translata sit, aut transferri debuit? Respondit, si eam pecuniam in se vertisset, omnium pecuniarum usuras praestandas. Quodsi pecunia mansisset in rationibus pupilli, praestandum, quod bona fide percepisset, aut percipere potuisset, sed foenori dare quum potuisset (4), neglexisset; quum id, quod ab alio debitore nomine usurarum cum sorte datur, ei, qui accipit, totum sortis vice fungitur, vel fungi debet.

§ 2.—Testamento dati tutores, quod ruptum videbatur, cessaverunt in administratione tutelae, et a Praeside tutor datus est pupillo; iussi autem sunt etiam hi, qui dati erant testamento tutores, tutelam administrare coniuncto eo, qui a Praeside datus coeperat administrare; quaesitum est, ex testamento datos (5) periculum antecedentis temporis (6) administrationis utrum ex apertis tabulis, an ex quo iussi sunt, pertineat ad eos? Respondit, ad eos, de quibus quaereretur, nullum antecedentis temporis periculum pertinere.

§ 3.—Pupillo herede instituto filiae exheredatae duo millia numorum aureorum legavit, eosdemque tutores utrisque dedit; quaesitum est, an ex eo die,

(1) se, *inserta la Vulg.*
(2) quod, *es considerada palabra supérflua.*
(3) ex sortis *(en lugar de* exortis), *la Vulg.*
(4) si *(en lugar de* sed) foenori dare quum potuisset, non neglexisset, *Hal.*

había admitido el que la había pronunciado, y declarada injusta la apelación se le quitó el fundo; se preguntó, ¿podría el pupilo conseguir de los tutores con la acción de tutela el precio del fundo? Respondió, que si á sabiendas lo compraron de quien se hallaba en el caso de estar sujeto á la primera sentencia, quedaban ellos obligados por la acción de tutela.

**58.** [**57.** *H.* **59.** *V.*] EL MISMO; *Digesto, libro XI.*—Uno que se dedicaba á cierto negocio valiéndose de Pánfilo y de Difilo, antes esclavos, y después libertos, los dejó como tutores en su testamento, y dispuso que se siguiese el negocio en la misma forma en que viviendo él se hacía; estos administraron la tutela no solamente mientras fué impúbero el hijo del patrono, sino también después de su pubertad; mas Difilo presentó las cuentas con el incremento de la negociación, pero Pánfilo juzgó que no debía referirlas al incremento de la negociación, sino al cómputo de los intereses, como suele hacerse en el juicio de tutela; se preguntó, ¿debería también Pánfilo rendir las cuentas á la manera de Difilo según la voluntad del difunto? Respondió, que debía. Y añadió Claudio Trifonino: porque no debe realizar lucro con la tutela.

§ 1.—Habiendo fallecido uno de los dos tutores de un pupilo, siendo todavía impúbero el pupilo, el que sobrevivía, habiendo recurrido al juez, consiguió en representación de su pupilo, con los intereses, cuanto por la tutela había ido á poder del tutor fallecido; se preguntó, ¿en la acción de tutela, que ejercita hecho púbero, se comprenderán los intereses solamente de aquella porción que por razón de la tutela había ido desde el principio á poder del contutor fallecido, ó también los de aquella suma que, aumentada para el pupilo con los intereses cobrados, haya sido transferida igualmente después de la muerte de aquel al sobreviviente juntamente con el capital, ó que debió ser transferida? Respondió, que si aquel dinero lo hubiese invertido en sí mismo, se han de pagar intereses de todas las cantidades. Pero si el dinero hubiese permanecido en las cuentas del pupilo, ha de pagar lo que de buena fé hubiese percibido, ó podido percibir, pero que hubiese descuidado, habiéndolo podido dar á interés; porque hace, ó debe hacer veces de capital, para el que lo recibe, todo lo que por otro deudor se da á título de intereses con el capital.

§ 2.—Los tutores nombrados en un testamento, que se consideraba roto, cesaron en la administración de la tutela, y por el Presidente se le nombró otro tutor al pupilo; mas se les mandó también á los que habían sido nombrados tutores en el testamento, que administraran la tutela juntamente con el que nombrado por el Presidente había comenzado á administrarla; se preguntó, ¿la responsabilidad del tiempo anterior de la administración corresponderá á los nombrados en el testamento desde que se abrió el testamento, ó desde que se les mandó? Respondió, que á estos de quienes se trata no les corresponde ninguna responsabilidad del tiempo anterior.

§ 3.—Habiendo uno instituido heredero á un pupilo legó dos mil monedas de oro á su hija desheredada, y para ambos nombró los mismos tutores;

(5) ad testamento datos *(omitiendo después* ad eos), *Ha*
(6) antecedentis temporis, *omítenlas Hal. Vulg.*

quo duo millia potuerunt a substantia hereditatis in nomina collocare, et (1) neglexerint, usurarum nomine pupillae tutelae iudicio teneantur? Respondit, teneri.

§ 4.—Quaesitum est, an usurae pupillaris pecuniae, quas tutores debuerunt, quum ad curatorem transferuntur, in sortem computantur, et universae summae usuras debere curatores incipiant? Respondit, omnis pecuniae, quae ad curatores transit, parem causam esse, quia omnis sors efficitur.

**59.** [**58.** *H.* **60.** *V.*] Idem *libro XXVI. Digestorum.*—Quum hereditas patris aere alieno gravaretur, et res in eo statu videretur, ut pupilla ab hereditate paterna abstineretur (2), unus ex tutoribus cum plerisque creditoribus ita decidit, ut certa crediti portione contenti essent, acciperentque; idem curatores iam viripotenti accepti cum plerisque creditoribus deciderunt; quaesitum est, an, si aliquis tutorum creditor patris pupillae solidam pecuniam expensam sibi ex re pupillae cum usuris fecerit, revocari a curatoribus pupillae ad portiones eas possit, quas ceteri quoque creditores acceperunt? Respondit, eum tutorem, qui ceteros ad portionem vocaret, eadem parte contentum esse debere.

**60.** [**59.** *H.* **61.** *V.*] Pomponius *libro VIII. Epistolarum.*—Si tutoris heres exsecutus est, quae tutor inchoavit, tutelae etiam eo nomine tenetur.

**61.** [**60.** *H.* **62.** *V.*] Idem *libro XX. Epistolarum* (3).—Apud Aristonem ita scriptum est: quod culpa tutoris pupillus ex hereditate desiit possidere, eius aestimatio in petitione hereditatis sine ulla dubitatione fieri debebit, ita, si pupillo de hereditate cautum sit; cautum autem esse videtur, etiam si tutor erit idoneus, a quo servari possit id, quod pupillus ex litis aestimatione subierit. Sed si tutor solvendo non est, videndum erit, utrum calamitas pupilli, an detrimentum petitoris esse debeat; perindeque haberi debet, ac si res fortuito casu interiisset, similiter atque ipse pupillus expers culpae quid ex hereditate deminuisset, corrupisset, perdidisset. De possessore quoque furioso quaeri potest, si quid ne in rerum natura esset, per furorem eius accidisset; tu quid putas? Pomponius: puto, eum vere (4) dicere. Sed quare cunctatus es, si solvendo non sit tutor, cuius damnum esse debeat, quum alioquin elegantius dicere (5) poterit, actiones duntaxat, quas haberet cum tutore pupillus, venditori (6) hereditatis praestandas esse—sicuti heres vel bonorum possessor, si nihil culpa eius factum sit, veluti si fundo hereditario vi deiectus sit, aut servus hereditarius vulneratus ab aliquo sit sine culpa possessoris, nihil plus, quam actiones, quas eo nomine habet, praestare debeat—? Idem dicendum est, et si per curatorem furiosi culpa vel dolo quid amissum fuerit, quemadmodum si quid stipulatus tutor vel curator fuisset, aut vendidisset rem hereditariam; impune autem puto admitten-

se preguntó, ¿estarán obligados, por razón de los intereses, á favor de la pupila por la acción de tutela desde el dia en que pudieron colocar en préstamo, tomándolos de la herencia, los dos mil, y lo hubieren descuidado? Respondió, que estaban obligados.

§ 4.—Se preguntó, ¿se computan como capital los intereses del dinero del pupilo, que los tutores debieron cuando son transferidos al curador, y comenzarán á deber los curadores intereses de todo el dinero? Respondió, que es igual la condición de todo el dinero que pasa á los curadores, porque todo se hace capital.

**59.** [**58.** *H.* **60.** *V.*] El mismo; *Digesto, libro XXVI.*—Hallándose gravada con deudas la herencia del padre, y considerándose los bienes en tal estado que la pupila se abstuviera de la herencia paterna, uno de los tutores resolvió con la mayoría de los acreedores, que se contentasen con cierta porción de su crédito, y la recibiesen; lo mismo decidieron con la mayoría de los acreedores los curadores nombrados á la ya casadera; se preguntó, ¿si alguno de los tutores, acreedor del padre de la pupila, se pagare á sí mismo con bienes de la pupila todo el dinero entregado juntamente con los intereses, podría ser llamado por los curadores de la pupila á las porciones que también los demás acreedores recibieron? Respondió, que el tutor que llamase á los demás á una porción, debía contentarse con la misma parte.

**60.** [**59.** *H.* **61.** *V.*] Pomponio; *Epístolas, libro VIII.*—Si el heredero del tutor concluyó lo que el tutor comenzó, se obliga también por esta razón con la acción de tutela.

**61.** [**60.** *H.* **62.** *V.*] El mismo; *Epístolas, libro XX.*—Se halla escrito de este modo en Aristón: de lo que de la herencia dejó de poseer el pupilo por culpa del tutor, deberá hacerse sin duda alguna estimación en la petición de la herencia, en este caso, si al pupilo se le dió caución respecto á la herencia; pero se considera que se le dió caución, también si fuere solvente el tutor, del cual pueda recobrarse lo que el pupilo hubiere satisfecho por la estimación del litigio. Pero si el tutor no es solvente, se habrá de ver, si deberá ser la pérdida del pupilo, ó el quebranto del demandante; y debe considerarse lo mismo que si la cosa hubiera perecido por caso fortuito, y como si el mismo pupilo, exento de culpa, hubiese disminuido, viciado, ó perdido alguna cosa de la herencia. También puede preguntarse respecto al poseedor loco, si en el caso que algo no existiese habría sucedido por causa de su locura; ¿tú que opinas? Y dice Pomponio: opino que él dice bien. Mas, ¿porqué has vacilado, si no fuera solvente el tutor, de quién debe ser el daño, cuando de otra suerte podrá decir más discretamente, que se han de ceder al vendedor de la herencia solamente las acciones que el pupilo tuviera contra el tutor—así como el heredero ó el poseedor de los bienes, si nada se hubiera hecho por su culpa, por ejemplo, si por la fuerza hubiera sido arrojado de un fundo de la herencia, ó si un esclavo de la herencia hubiera sido herido por alguien sin culpa del poseedor, no debe ceder nada más

(1) *Según conjetura nuestra;* hereditatis et in nomina collocare neglexerint, *el códice Fl.;* an, quum ex eo die, quo— hereditatis separari, in nomina collocare neglexerint, *Hal. Vulg.*
(2) abstineret, *Hal. Vulg.*
(3) IV. ἐπιστολῶν, *Hal.*
(4) verum, *Hal.*
(5) dici, *Hal.*
(6) petitori, *la Vulg.*

dum, quod per furorem alicuius accidit, quomodo si casu aliquo sine facto personae id accidisset.

que las acciones que por tal título tiene—? Lo mismo se ha de decir, también si por el curador del furioso se hubiere perdido con dolo ó culpa alguna cosa, así como si el tutor ó el curador hubiese estipulado algo, ó hubiese vendido una cosa de la herencia; pero opino que se ha de admitir con impunidad lo que acontece por la locura de alguien, del mismo modo que si esto hubiese acontecido por alguna casualidad sin hecho de persona.

## TIT. VIII.

### DE AUCTORITATE ET CONSENSU TUTORUM ET CURATORUM

*[Cf. Cod. V. 59.]*

**1.** Ulpianus *libro I. ad Sabinum.*—Quamquam regula sit iuris civilis, in rem suam auctorem tutorem fieri non posse, tamen potest tutor proprii sui debitoris hereditatem adeunti pupillo auctoritatem accommodare, quamvis per hoc debitor eius efficiatur; prima enim ratio auctoritatis ea est, ut heres fiat, per consequentias contigit, ut debitum subeat, se tamen auctore ab eo stipulari non potest. Et quum quidam auctoritatem accommodaret pupillae suae, ut servo suo stipulanti sponderet, Divus Pius Antoninus rescripsit, iure pupillam non teneri, sed in quantum locupletior facta est, dandam actionem. Sed si auctor fiat, ut filio suo quid tradatur, nulla erit auctoritas; evidenter enim sua auctoritate rem acquirit.

§ 1.—Tutor si invitus retentus sit per vim, non valet, quod agitur; neque enim praesentia corporis sufficit ad auctoritatem, ut si somno aut morbo comitiali occupatus tacuisset.

**2.** Idem *libro XXIV. ad Sabinum.*—Nulla differentia est, non interveniat auctoritas tutoris, an perperam adhibeatur.

**3.** Paulus *libro VIII. ad Sabinum.*—Etiamsi non interrogatus tutor auctor fiat, valet auctoritas eius, quum se probare dicit id, quod agitur; hoc est enim auctorem fieri.

**4.** Pomponius *libro XVII. ad Sabinum.*—Etsi pluribus datis tutoribus unius auctoritas sufficiat, tamen, si tutor auctoretur (1), cui administratio tutelae concessa non est, id ratum a Praetore haberi non debet. Et ideo puto verius esse, quod Ofilio placebat, si eo tutore auctore, qui tutelam non gerat, emam a pupillo sciens, alium eius tutelam gerere, dominum me non posse fieri. Item si eo auctore emam, qui a tutela fuerit remotus; nec enim id ratum haberi.

**5.** Ulpianus *libro XL. ad Sabinum.*—Pupillus obligari tutori eo auctore non potest. Plane si plures sint tutores, quorum unius auctoritas sufficit, dicendum est, altero (2) auctore pupillum ei posse obligari, sive mutuam pecuniam ei det, sive stipu-

(1) auctor erit, *Hal.*

## TÍTULO VIII

### DE LA AUTORIDAD Y DEL CONSENTIMIENTO DE LOS TUTORES Y DE LOS CURADORES

*[Véase Cód. V. 59.]*

**1.** Ulpiano; *Comentarios á Sabino, libro I.*—Aunque sea regla de derecho civil, que el tutor no puede prestar su autoridad en cosa propia, puede, sin embargo, el tutor prestar su autoridad al pupilo para adir la herencia de un deudor propio de él, aunque por esto se haga deudor suyo; porque la primera razón de la autoridad es esta, que se haga heredero, y por las consecuencias sucede que soporte la deuda; pero prestándole su autoridad no puede estipular de él. Y como uno prestase su autoridad á su pupila para que le prometiese á un esclavo suyo, que estipulaba, respondió por rescripto el Divino Pio Antonino, que en derecho no se obligaba la pupila, pero que se había de dar acción por cuanto se hizo más rica. Mas si prestara su autoridad para que se entregue alguna cosa á su hijo, será nula su autoridad; porque evidentemente adquiere la cosa con su autoridad.

§ 1.—Si contra su voluntad hubiera sido retenido el tutor á la fuerza, no es válido lo que se hace; porque no basta para la autoridad la presencia del cuerpo, como si, presa uno de sueño ó de epilepsia, se hubiese estado callado.

**2.** El mismo; *Comentarios á Sabino, libro XXIV.*—No hay diferencia alguna entre que no intervenga la autoridad del tutor, ó se preste malamente.

**3.** Paulo; *Comentarios á Sabino, libro VIII.*—Aunque no interrogado preste el tutor su autoriridad, es válida su autoridad, cuando dice que aprueba lo que se hace; porque esto es prestar su autoridad.

**4.** Pomponio; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Aunque habiéndose dado muchos tutores baste la autoridad de uno solo, sin embargo, si prestase la autoridad el tutor al cual no se le concedió la administración, esto no debe ser considerado válido por el Pretor. Y por esto opino que es más verdadero lo que le parecía bien á Ofilio, que si prestando su autoridad el tutor que no administrase la tutela, yo comprase del pupilo sabiendo que otro administraba su tutela, no puedo hacerme dueño. Asimismo, si yo comprase prestando su autoridad el que hubiere sido removido de la tutela; porque tampoco esto se considera válido.

**5.** Ulpiano; *Comentarios á Sabino, libro XL.*—El pupilo no puede obligarse á su tutor prestando este su autoridad. Pero si fuesen muchos los tutores, de los que basta la autoridad de uno solo, se ha de decir, que prestando otro su autoridad

(2) alio, *Hal.*

letur ab eo. Sed et (1) quum solus sit tutor mutuam pecuniam pupillo dederit, vel ab eo stipuletur, non erit obligatus tutori; naturaliter tamen obligabitur, in quantum locupletior factus est, nam in pupillum non tantum tutori, verum cuivis actionem, in quantum locupletior factus est, dandam Divus Pius rescripsit.

puede obligarse el pupilo á favor de él, ya si le diera dinero en mútuo, ya si de él estipulara. Pero tampoco cuando siendo solo uno tutor le hubiere dado al pupilo dinero en mútuo, ó de él estipulase, estará obligado al tutor; pero se obligará naturalmente, en cuanto se hizo más rico, porque respondió por rescripto el Divino Pío, que se ha de dar acción contra el pupilo no solo al tutor, sino á cualquiera, por cuanto se hizo más rico.

§ 1.—Pupillus vendendo sine tutoris auctoritate non obligetur, sed nec in emendo, nisi in quantum locupletior factus est.

§ 1.—El pupilo no se obliga vendiendo sin la autoridad del tutor, pero tampoco comprando, sino por cuanto se hizo más rico.

§ 2.—Item ipse tutor et emtoris, et venditoris officio fungi non potest. Sed enim si contutorem habeat, cuius auctoritas sufficit, proculdubio emere potest; sed si mala fide emtio intercesserit, nullius erit momenti, ideoque nec usucapere potest; sane si suae aetatis factus comprobaverit emtionem, contractus valet.

§ 2.—Igualmente, el mismo tutor no puede desempeñar el papel de comprador, ni de vendedor. Pero si tuviera un contutor, cuya autoridad basta, sin duda alguna puede comprar; mas si de mala fé se interpusiere la compra, no será de ningún valor, y por lo tanto no puede usucapir; pero si habiendo llegado á su edad hubiere aprobado la venta, es válido el contrato.

§ 3.—Sed si per interpositam personam rem pupilli emerit, in ea causa est, ut emtio nullius momenti sit, quia non bona fide videtur rem gessisse; et ita est rescriptum a Divo Severo et Antonino.

§ 3.—Pero también si hubiere comprado una cosa del pupilo por persona interpuesta, se halla en el caso de que la compra sea de ningún valor, porque se considera que no hizo el negocio de buena fé; y así se respondió por rescripto por el Divino Severo y Antonino.

§ 4.—Sane si ipse quidem emit palam, dedit autem nomen, non mala fide, sed simpliciter, ut solent honestiores non pati nomina sua instrumentis inscribi, valet emtio; quodsi callide, idem erit, ac si per interpositam personam emisset.

§ 4.—Mas si él mismo compró ciertamente en público, pero dió otro nombre, no de mala fé, sino simplemente, como suelen otros más honrados que no consienten que sus nombres se inscriban en los instrumentos, es válida la compra; pero si astutamente, será lo mismo que si hubiese comprado por persona interpuesta.

§ 5.—Sed et si creditor pupilli distrahat, aeque emere bona fide poterit.

§ 5.—Pero también si vendiese un acreedor del pupilo, podrá igualmente comprar de buena fé.

§ 6.—Si filius tutoris, vel quae alia persona iuri eius subiecta emerit, idem erit, atque si ipse emisset.

§ 6.—Si hubiere comprado el hijo del tutor, ú otra cualquier persona sujeta á su potestad, será igual que si él mismo hubiese comprado.

**6.** Pomponius *libro XVII. ad Sabinum.*—Tutores, quibus administratio decreta non esset, tanquam extraneos recte a pupillo emere placet.

**6.** Pomponio; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Se halla establecido, que los tutores, á quienes no se les hubiese conferido la administración, compran bien al pupilo, como extraños.

**7.** Ulpianus *libro XL. ad Sabinum.*—Quod dicimus, in rem suam auctoritatem accommodare tutorem non posse, toties verum est, quoties per semet vel subiectas sibi personas acquiritur ei stipulatio; ceterum negotium ei geri (2) per consequentias, ut dictum est, nihil prohibet auctoritas.

**7.** Ulpiano; *Comentarios á Sabino, libro XL.*—Lo que decimos, que el tutor no puede prestar su autoridad para negocio propio, es verdad, siempre que por sí mismo ó por personas sujetas á él se adquiere para él la estipulación; pero la interposición de su autoridad no prohibe que, como se ha dicho, un negocio se haga á su favor por sus consecuencias.

§ 1.—Si duo rei sint stipulandi, et alter me auctore a pupillo stipuletur, alter altero tutore auctore, dicendum est, stipulationem valere, sic tamen, si auctoritas tutoris unius sufficiat; ceterum si non sufficiat, dicendum erit, inutilem esse stipulationem.

§ 1.—Si hubiera dos estipulantes, y el uno estipulase del pupilo con mi autoridad, y el otro con la autoridad del otro tutor, se ha de decir, que es válida la estipulación, pero en este caso, si bastase la autoridad de un solo tutor; mas si no bastase, se habrá de decir que es inútil la estipulación.

§ 2.—Si et pater, et filius, qui in potestate eius fuit, tutores fuerunt, et pater sit stipulatus filio auctore, nullius momenti erit stipulatio idcirco, quia in rem patris auctor esse filius non potest.

§ 2.—Si fueran tutores el padre, y el hijo que estaba bajo su potestad, y el padre hubiera estipulado con la autoridad del hijo, la estipulación no será de valor alguno, por esto, porque el hijo no puede prestar su autoridad para cosa del padre.

**8.** Idem *libro XLVIII. ad Sabinum.*—Et si conditionalis contractus cum pupillo fiat, tutor debet pure auctor fieri; nam auctoritas non conditionaliter, sed pure interponenda est, ut conditionalis contractus confirmetur.

**8.** El mismo; *Comentarios á Sabino, libro XLVIII.*—También si se hiciera con el pupilo un contrato condicional, debe prestar puramente su autoridad el tutor; porque la autoridad no se ha de interponer condicionalmente, sino puramente, para que se confirme el contrato condicional.

(1) si, *inserta la Vulg.*
(2) *Taur. según la escritura original;* negotium ei per consequentias, ut dictum est, geri, nihil prohibet auctoritas, *corrección del códice Fl., Br.*

**9.** Gaius *libro XII.* (1) *ad Edictum provinciale.*—Obligari ex omni contractu pupillus sine tutoris auctoritate non potest, acquirere autem sibi stipulando et per traditionem accipiendo etiam sine tutoris auctoritate potest; sed credendo obligare sibi non potest, quia sine tutoris auctoritate nihil alienare potest.

§ 1.—Ex hoc autem, quod pupillus nullam rem sine tutoris auctoritate alienare potest, apparet, nec manumittere eum sine tutoris auctoritate posse. Hoc amplius, licet tutoris auctoritate manumittat, debet e lege Aelia Sentia apud consilium causam probare.

§ 2.—Pupillus ex omnibus causis solvendo sine tutoris auctoritate nihil agit, quia nullum dominium transferre potest; si tamen creditor bona fide pecuniam pupilli consumserit, liberabitur pupillus.

§ 3.—Hereditatem adire pupillus sine tutoris auctoritate non potest, quamvis lucrosa sit, nec ullum habeat damnum.

§ 4.—Nec ex Senatusconsulto Trebelliano hereditatem recipere pupillus sine tutoris auctoritate potest.

§ 5.—Tutor statim in ipso negotio praesens debet auctor fieri, post tempus vero, aut per epistolam interposita eius auctoritas nihil agit.

§ 6.—Etiamsi non exaudiat tutoris auctoritatem is, qui cum pupillo contrahit, scriptis tamen hoc approbetur, recte negotium geritur, veluti si absenti pupillo per epistolam vendam aliquid aut locem, et is tutoris auctoritate consentiat.

**9.** Gayo; *Comentarios al Edicto provincial, libro XII.*—El pupilo no puede obligarse por ningún contrato sin la autoridad del tutor, pero puede adquirir estipulando para sí y recibiendo mediante entrega aún sin la autoridad del tutor; pero prestando no puede obligar á otro á su favor, porque no puede enajenar nada sin la autoridad del tutor.

§ 1.—Mas de que el pupilo no puede enajenar cosa alguna sin la autoridad del tutor, resulta claro que tampoco puede manumitir sin la autoridad del tutor. Aun más, aunque manumita con la autoridad del tutor, debe en virtud de la ley Elia Sencia probar la causa ante el consejo.

§ 2.—El pupilo, pagando por una causa, cualquiera que sea, sin la autoridad del tutor, no hace nada, porque no puede transferir dominio alguno; pero si el acreedor hubiere consumido de buena fé el dinero del pupilo, el pupilo quedará libre.

§ 3.—El pupilo no puede adir una herencia sin la autoridad del tutor, aunque sea lucrativa, y no tenga perjuicio alguno.

§ 4.—Tampoco, por virtud del Senadoconsulto Trebeliano, puede recibir el pupilo una herencia sin la autoridad del tutor.

§ 5.—El tutor debe prestar inmediatamente su autoridad hallándose presente al mismo negocio, pero interpuesta su autoridad después de tiempo, ó por carta, no hace cosa alguna.

§ 6.—Aunque no oiga la autorización del tutor el que contrata con el pupilo, siempre que se apruebe por escrito, se hace válidamente un negocio, como si á un pupilo ausente le vendiese yo, ó le diese en arrendamiento, alguna cosa por carta, y él consintiera con la autoridad del tutor.

**10.** Paulus *libro XXIV. ad Edictum.*—Tutor, qui per valetudinem, vel absentiam, vel aliam iustam causam auctor fieri non potuit, non tenetur.

**10.** Paulo; *Comentarios al Edicto, libro XXIV.*—El tutor que por enfermedad, ó por ausencia, ó por otra justa causa no pudo prestar su autoridad, no se obliga.

**11.** Gaius *libro XV.* (2) *ad Edictum provinciale.*—Si ad pupillum aut furiosum bonorum possessio pertineat, expediendarum rerum gratia et in agnoscenda, et in repudianda bonorum possessione voluntatem tutoris curatorisque spectari debere placuit, qui scilicet, si quid eorum contra commodum (3) pupilli furiosive fecerint, tutelae curationisve iudicio tenebuntur.

**11.** Gayo; *Comentarios al Edicto provincial, libro XV.*—Se determinó, que si al pupilo ó al loco le perteneciera la posesión de bienes, para la expedición de los negocios, así para admitir, como para repudiar la posesión de bienes, deba esperarse la voluntad del tutor y del curador, quienes, á la verdad, si hubieren hecho alguna cosa de estas contra la conveniencia del pupilo ó del loco, estarán obligados por la acción de tutela ó de curatela.

**12.** Iulianus *libro XXI.* (4) *Digestorum.*—Si servus communis, tuus et Titii, a pupilla tua te auctore aliquam rem per traditionem acceperit, tota ad Titium pertinebit. Marcellus notat: nam quodcunque ad omnes dominos non potest pertinere, id pro solido ad eum, cui acquiri potest, pertinere veteres comprobaverunt.

**12.** Juliano; *Digesto, libro XXI.*—Si un esclavo común, tuyo y de Ticio, hubiere recibido de tu pupila con tu autoridad una cosa mediante entrega, toda ella pertenecerá á Ticio. Marcelo observa: porque todo lo que no puede pertenecer á todos los dueños, aprobaron los antiguos que pertenezca por entero á aquel para quien pueda ser adquirida.

**13.** Idem *libro XXI. Digestorum.*—Impuberes tutore auctore obligantur, etiamsi taceant; nam quum pecuniam mutuam acceperint, quamvis nihil dicant, auctoritate tutoris interposita tenentur. Quare etsi non debita pecunia his personis soluta fuerit, quamvis tacuerint, interposita tutoris auctoritas sufficit, ut condictione teneantur.

**13.** El mismo; *Digesto, libro XXI.*—Los impúberos se obligan con la autoridad del tutor, aunque se callen; porque cuando hubieren recibido dinero en mútuo, aunque nada digan, se obligan, habiéndose interpuesto la autoridad del tutor. Por lo cual, aunque á estas personas se les hubiere pagado dinero no debido, no obstante que se hubieren callado, basta la autoridad del tutor interpuesta, para que se obliguen por la condicción.

(1) XVIII., *Hal.*
(2) XVIII., *Hal.*
(3) modum, *Hal.*

(4) XX., *Hal.*

**14.** Idem *libro XXXI. Digestorum* (1). — Non multum interest, abfuerit tutor, quum negotium contraheretur, an praesens ignoraverit, quale esset, quod contrahebatur.

**14.** El mismo; *Digesto, libro XXXI.*—No hay mucha diferencia entre que el tutor haya estado ausente cuando se contratase el negocio, ó que estando presente hubiere ignorado cual fuese el que se contrataba.

**15.** Marcianus *libro II. Regularum.*—Accipientis et edentis iudicium idem tutor auctor utrique (2) fit; sed hoc utrum ita est, si bis auctor factus est, an et una auctoritas sufficiat eo animo, ut ad utrumque pertineat, dubitat quidem Pomponius, sed fortiter defenditur, sufficere unam auctoritatem.

**15.** Marciano; *Reglas, libro II.*—Un mismo tutor, del que acepta y del que promueve el juicio, les presta á ambos su autoridad; mas duda ciertamente Pomponio si esto es así, si prestó su autoridad dos veces, ó si también baste una sola autorización con la intención de que les pertenezca á ambos; pero acaso es defendible que basta una sola autorización.

**16.** Paulus *libro I. ad legem Aeliam Sentiam.*—Etiamsi tutor caecus factus sit, auctor fieri potest.

**16.** Paulo; *Comentarios á la ley Elia Sencia, libro I.*—Aunque el tutor se haya quedado ciego, puede prestar su autoridad.

**17.** Idem *libro VI. ad Edictum.*—Si tutor pupillo nolit auctor fieri, non debet eum Praetor cogere, primum quia iniquum est, etiamsi non expedit pupillo, auctoritatem eum praestare; deinde, etsi expedit, tutelae iudicio pupillus hanc iacturam consequitur.

**17.** El mismo; *Comentarios al Edicto, libro VI.*—Si el tutor no quisiera prestar su autoridad al pupilo, no debe obligarle á ello el Pretor, en primer lugar, porque es injusto que aunque no le convenga al pupilo le preste él su autoridad; y en segundo lugar, porque aunque le convenga, el pupilo obtiene este quebranto en el juicio de tutela.

**18.** Idem *libro I. ad Plautium.*— Potest pupillus tutore auctore debitorem suum Titio delegare; sed quum tutor debet pupillo, dicendum est, neque delegari eum, neque procuratorem adversus tutorem dari ipso tutore auctore posse, quia futurum sit, ut auctoritate sua liberetur.

**18.** El mismo; *Comentarios á Plaucio, libro I.*—El pupilo puede con la autoridad del tutor delegar á Ticio un deudor suyo; pero cuanto el tutor le debe al pupilo, se ha de decir, que él no puede ser ni delegado, ni nombrado procurador contra el tutor con la autoridad del mismo tutor, porque resultaría, que se libraría por su propia autoridad.

**19.** Idem *libro IX.* (3) *Responsorum* (4).— Curatorem etiam impuberi dari posse, sed ad ea, quae solemnitatem iuris desiderant, explicanda tutore auctore opus esse.

**19.** El mismo; *Respuestas, libro IX.*—También se le puede dar curador al impúbero, pero para hacer las cosas que requieren la solemnidad del derecho, es necesaria la autoridad del tutor.

**20.** Scaevola *libro X. Digestorum* (5).—Inter pupillos paternae hereditatis divisio facta est praesente tutore, sed non assignante instrumento divisionis; quaesitum est, an ei stari oporteret? Respondit, si tutor auctor fuisset, non idcirco minus standum esse divisioni, quod non assignasset.

**20.** Scévola; *Digesto, libro X.*—Entre unos pupilos se hizo la división de la herencia paterna estando presente el tutor, pero no firmando este la escritura de división; se preguntó, ¿debería estarse á ella? Respondió, que si el tutor hubiese prestado su autoridad, no se ha de estar menos á la división porque no la hubiese firmado.

**21.** Idem *libro XXVI. Digestorum* (6).— Defendente tutore pupillus condemnatus ex contractu patris accepit curatorem, inter quem et creditorem acta facta sunt apud Procuratorem Caesaris infra scripta; Priscus Procurator Caesaris dixit: «faciat iudicata», Novellius curator dixit: «abstineo pupillum», Priscus Procurator Caesaris dixit: «responsum habes, scis, quid agere debeas»; quaesitum est, an secundum haec acta adolescens a bonis patris abstentus sit? Respondit, proponi abstentum.

**21.** El mismo; *Digesto, libro XXVI.*—Un pupilo que, defendiéndolo su tutor, fué condenado por un contrato de su padre, recibió curador, entre quien y el acreedor se hicieron ante el procurador del César los actos á continuación escritos: Prisco, procurador del César, dijo: «haga lo juzgado»; el curador Novelio dijo: «abstengo al pupilo»; Prisco, procurador del César, dijo: «tienes la respuesta, sabes lo que debes hacer»; se preguntó, ¿conforme á estas manifestaciones se habrá abstenido de los bienes de su padre el adolescente? Respondió, que se propone que se abstuvo.

**22.** Labeo *libro V. Pithanon* (7).— Si quid est, quod pupillus agendo tutorem suum liberaturus est, id ipso tutore auctore agi recte non potest.

**22.** Labeon; *Dichos, libro V.*—Si hay algo con lo que, haciéndolo el pupilo, haya de librar á su tutor, esto no puede ser válidamente hecho con la autoridad del mismo tutor.

---

(1) Idem ad Urseium Ferocem, *Hal.*
(2) utrinque, *Hal.*
(3) XVIII., *Hal.*
(4) respondit, *adiciona Hal.*
(5) VII. Responsorum, *Hal.*
(6) libro singulari Quaestionum publice tractatarum, *Hal.*
(7) libro V. Posteriorum a Iavoleno epitomatorum, *Hal.*

## TIT. IX

### QUANDO EX FACTO TUTORIS VEL CURATORIS MINORES AGERE VEL CONVENIRI POSSUNT

*[Cf. Cod. V. 39.]*

**1.** Pomponius *libro XXIX. ad Sabinum.*—Ob dolum malum vel culpam tutoris, Aristo ait, pupillum possessorem condemnandum; sed non puto, quanti actor in litem iuraret; et tamen illud ita est, si rem a tutore pupillus servare possit.

**2.** Ulpianus *libro I. Opinionum.*—Si tutor vel curator pecunia eius, cuius negotia administrat, mutua data ipse stipulatus fuerit, vel praedia in nomen suum emerit, utilis actio ei, cuius pecunia fuit, datur ad rem vindicandam vel mutuam pecuniam exigendam.

**3.** Papinianus *libro XX. Quaestionum.*—Dolus tutorum puero (1) neque nocere, neque prodesse debet. Quod autem vulgo dicitur, tutoris dolum pupillo non nocere, tunc verum est, quum ex illius fraude locupletior pupillus factus non est. Quare merito Sabinus tributoria actione pupillum conveniendum ex dolo tutoris existimavit, scilicet si per iniquam distributionem pupilli rationibus favit. Quod in depositi quoque actione dicendum est, item hereditatis petitione, si modo, quod tutoris dolo desiit, pupilli rationibus illatum probetur.

**4.** Ulpianus *libro LXIV. ad Edictum.*— At si extrinsecus aliquid tutor dolo admiserit (2), pupillo nihil nocere oportet.

**5.** Papinianus *libro V. Responsorum.*—Post mortem furiosi non dabitur in curatorem, qui negotia gessit, iudicati actio, non magis, quam in tutores, si modo nullam ex consensu post depositum officium novationem factam, et in curatorem vel tutorem obligationem esse translatam constabit.

§ 1.—Tutor, qui pecuniam se soluturum cavit, (3) quam pater pupilli condemnatus fuerat, actionem post tutelam finitam recte recusat. Non idem in eo placuit, qui suo nomine mutuam pecuniam accepit, et iudicatum pro pupillo fecit, nisi forte creditor ideo contraxit, ut in causam iudicati pecunia transiret.

**6.** Idem *libro II. Definitionum.*— Tutor interposito decreto Praetoris actorem reliquit; secundum eum sententia dicta iudicati transfertur ad pupillum actio non minus, quam si tutor obtinuisset.

**7.** Scaevola *libro XIII. Quaestionum.*—Tutori, qui infantem defendit, succurritur, ut in pupillum iudicati actio detur.

**8.** Idem *libro V. Responsorum.*— Tutor, qui et coheres pupillo erat, quum conveniretur fideicom-

(1) pupillo, *Hal.*
(2) amiserit, *Hal. Vulg.*

## TÍTULO IX

### CUÁNDO POR HECHO DEL TUTOR Ó DEL CURADOR PUEDEN DEMANDAR, Ó SER DEMANDADOS, LOS MENORES

*[Véase Cód. V. 39.]*

**1.** Pomponio; *Comentarios á Sabino, libro XXIX.*—Dice Aristón, que por el dolo malo ó por la culpa del tutor ha de ser condenado el pupilo poseedor; pero no creo, que en cuanto el actor jurase para el litigio; y, sin embargo, aquello es así, si el pupilo pudiera recuperar del tutor la cosa.

**2.** Ulpiano; *Opiniones, libro I.*—Si el tutor ó el curador, habiendo dado en mútuo dinero de aquel cuyos negocios administra, hubiere él mismo estipulado, ó comprado predios en su propio nombre, se le dá á aquel de quien fué el dinero la acción útil, para reivindicar la cosa, ó para exigir el dinero prestado.

**3.** Papiniano; *Cuestiones, libro XX.*—El dolo de los tutores no debe perjudicar, ni aprovechar, al pupilo. Mas lo que vulgarmente se dice, que el dolo del tutor no perjudica al pupilo, es verdad, cuando el pupilo no se hizo más rico por el fraude de aquel. Por lo cual, con razón estimó Sabino, que por el dolo del tutor ha de ser demandado el pupilo con la acción tributoria, á saber, si con una injusta distribución favoreció las cuentas del pupilo. Lo que se ha de decir también respecto á la acción de depósito, y asimismo en cuanto á la petición de herencia, si se probase que lo que faltó por el dolo del tutor, se llevó á las cuentas del pupilo.

**4.** Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro LXIV.*—Mas si el tutor hubiere hecho algo con dolo fuera de la tutela, en nada debe perjudicarle al pupilo.

**5.** Papiniano; *Respuestas, libro V.*—Después de la muerte del loco no se dará contra el curador, que administró los negocios, la acción de lo juzgado, así como tampoco contra los tutores, si constare que después de depuesto su cargo no se hizo ninguna novación por consentimiento, y se transfirió contra el curador ó el tutor la obligación.

§ 1.—El tutor que dió caución de que él pagará la cantidad, á que había sido condenado el padre del pupilo, con razón rechaza la acción después de finida la tutela. No se admitió lo mismo respecto al que en su propio nombre recibió dinero en mútuo, y pagó por el pupilo lo juzgado, salvo si acaso el acreedor contrató para esto, para que el dinero pasase á la causa de lo juzgado.

**6.** El mismo; *Definiciones, libro II.*—El tutor, habiéndose interpuesto decreto del Pretor, dejó un actor; proferida sentencia á su favor, la acción de lo juzgado se transfiere al pupilo, no de otra suerte que si la hubiese obtenido el tutor.

**7.** Scévola; *Cuestiones, libro XIII.*—Al tutor que defendió al que estaba en la infancia, se le auxilia para que se dé contra el pupilo la acción de cosa juzgada.

**8.** El mismo; *Respuestas, libro V.*—Un tutor, que también era coheredero del pupilo, siendo de-

(3) ad, *inserta Hal.*

missi nomine, in solidum ipse cavit; quaesitum est, an in adultum pupillum pro parte danda sit utilis actio? Respondit: danda.

mandado por razón de un fideicomiso, dió por sí mismo caución por el todo; se preguntó, ¿se habrá de dar contra el pupilo, adulto, respecto á su parte la acción útil? Respondió: se ha de dar.

## TIT. X

### DE SUSPECTIS TUTORIBUS ET CURATORIBUS

*[Cf. Cod. V. 43. 47.]*

1. Ulpianus *libro XXXV. ad Edictum.*—Haec clausula et frequens, et pernecessaria est, quotidie enim suspecti tutores postulantur.

§ 1.—Primum igitur tractemus, unde descendat suspecti crimen, et apud quos postulari quis possit suspectus tutor vel curator; deinde quis, et a quo, et ex quibus causis removetur, deque poena suspecti.

§ 2.—Sciendum est, suspecti crimen e lege duodecim tabularum descendere.

§ 3.—Damus autem ius removendi suspectos tutores Romae Praetoribus, in provinciis Praesidibus earum.

§ 4.—An autem apud Legatum Proconsulis suspectus postulari possit, dubium fuit; sed Imperator Antoninus cum Divo Severo Braduae Maurico (1) Proconsuli Africae rescripsit, posse, quia mandata iurisdictione officium ad eum totum iuris dicundi transit. Ergo et si Praetor mandet iurisdictionem, simili modo dicendum est, suspectum posse apud eum postulari, cui mandata est; quum enim sit in provincia hoc rescriptum, consequens erit dicere, et eum, cui a Praetore mandata est iurisdictio, posse de suspecto cognoscere.

§ 5.—Ostendimus, qui possunt de suspecto cognoscere, nunc videamus, qui suspecti fieri possunt. Et quidem omnes tutores possunt, sive testamentarii sint, sive non sint, sed alterius generis tutores; quare et si legitimus sit tutor, accusari poterit. Quid, si patronus? Adhuc idem erit dicendum, modo ut meminerimus, patrono parcendum.

§ 6.—Consequens est, ut videamus, qui possunt suspectos postulare; et sciendum est, quasi publicam esse hanc actionem, hoc est, omnibus patere (2).

§ 7.—Quin imo et mulieres admittuntur, sed hae solae, quae pietate necessitudinis ductae ad hoc procedunt, utputa mater, nutrix quoque, et avia possunt. Potest et soror, nam in sorore et Rescriptum extat Divi Severi; et si qua alia mulier fuerit, cuius Praetor perpensam pietatem intellexerit, non sexus verecundiam egredientis (3), sed pietate productam, non continere iniuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem.

§ 8.—Si quis de plebeiis ob facta atrociora in tutela admissa fuerit apud Praetorem accusatus, remittitur ad Praefectum urbis graviter puniendus.

## TÍTULO X

### DE LOS TUTORES Y CURADORES SOSPECHOSOS

*[Véase Cód. V. 43. 47.]*

1. Ulpiano; *Comentarios al Edicto, libro XXXV.*—Esta sección es frecuente y muy necesaria, porque diariamente son acusados de sospechosos los tutores.

§ 1.—Tratemos, pues, en primer lugar, de dónde provenga el delito de sospechoso, y ante quiénes pueda ser acusado de sospechoso un tutor ó un curador; después, quién, y por quién, y por qué causas es removido, y de la pena del sospechoso.

§ 2.—Se ha de saber, que el delito de sospechoso proviene de la ley de las Doce Tablas.

§ 3.—Pero el derecho de remover á los tutores sospechosos se lo damos en Roma á los Pretores, y en las provincias á los Presidentes de las mismas.

§ 4.—Mas se dudó, si podia uno ser acusado de sospechoso ante el Legado del Procónsul; pero el Emperador Antonino respondió por rescripto, con el Divino Severo, á Bradua Maurico, Procónsul de Africa, que podía, porque con la jurisdicción encomendada pasa á él todo el ministerio de juzgar. Luego tambien si el Pretor encomendara la jurisdicción, se ha de decir del mismo modo, que puede uno ser acusado de sospechoso ante aquel á quien le fué encomendada; porque habiéndose respondido esto por rescripto en cuanto á una provincia, será conseguiente decir, que también aquel á quien por el Pretor le fué encomendada la jurisdicción puede conocer del delito de sospechoso.

§ 5.—Hemos mostrado quiénes pueden conocer del delito de sospechoso; veamos ahora, quiénes pueden hacerse sospechosos. Y, á la verdad, pueden hacerse todos los tutores, ya sean testamentarios, ya no lo sean, sino que sean tutores de otra clase; porque también si el tutor fuera legítimo podrá ser acusado. ¿Qué se dirá, si fuera patrono? Aun se habrá de decir lo mismo, con tal que tengamos presente que se le han de tener consideraciones al patrono.

§ 6.—Es consiguiente que veamos quiénes pueden acusar de sospechosos; y se ha de saber, que esta acción es como pública, esto es, que está expedita para todos.

§ 7.—Aun más, también son admitidas las mujeres, pero solo las que á ello proceden llevadas por el amor del parentesco, como la madre, y también pueden serlo la nodriza y la abuela. Asimismo puede serlo la hermana, porque respecto á la hermana también hay un Rescripto del Divino Severo; y si hubiere alguna otra mujer, cuyo reflexivo amor viere el Pretor que, no excediéndose del pudor del sexo, sino producido por la piedad, no contenía injuria para los pupilos, la admitirá á la acusación.

§ 8.—Si algún plebeyo hubiere sido acusado ante el Pretor por hechos más graves cometidos en la tutela, es remitido al Prefecto de la ciudad para ser castigado gravemente.

(1) Marico, *Hal.;* Blanduae *(en lugar de* Braduae), *otros en el mismo.*

(2) hoc est, omnibus patere, *omítelas Hal.*

(3) egredientem, *dice la Instit. I. 26. § 8., y así creemos que se ha de leer, por mas que no nos hayamos atrevido á alterar el texto, á pesar de la autoridad de la Instit. y de otras ediciones del Digesto, á que se refiere Godofr. en la nota.—N. del Tr.*

**2.** Idem *libro I. de omnibus tribunalibus.*—Libertus quoque, si fraudulenter gessisse tutelam filiorum patroni probetur, ad Praefectum urbis remittetur puniendus.

**3.** Idem *libro XXXV. ad Edictum.*—Tutor quoque contutorem potest suspectum facere, sive duret adhuc tutor, sive iam desierit ipse, contutor autem maneat tutor; et ita Divus Severus rescripsit. Plus Divus Pius Caecilio Petino rescripsit, posse tutorem suspectum remotum contutores suos suspectos facere.

§ 1.—Liberti quoque pupillorum grate facient, si tutores vel curatores eorum male gerentes rem patronorum vel liberorum patronorum suspectos fecerint; sed si patronum suum ut suspectum in tutela facere velint, melius est, libertos ab accusatione repelli, ne in ipsa cognitione gravius aliquid emergat, quum hoc aliis omnibus pateat.

§ 2.—Non tantum autem adolescentis curator, sed etiam furiosi vel prodigi ut suspectus removeri potest.

§ 3.—Sed et si quis curam ventris bonorumve administrat, non carebit huius criminis metu.

§ 4.—Praeterea videndum, an et sine accussatione possit suspectus repelli; et magis est, ut repelli debeat, si Praetori liqueat ex apertissimis rerum argumentis, suspectum eum esse; quod favore pupillorum accipiendum est.

§ 5.—Nunc videamus, ex quibus causis suspecti removeantur; et sciendum est, aut ob dolum in tutela admissum suspectum licere postulare, si forte grassatus in tutela est, aut sordide egit, vel perniciose pupillo, vel aliquid intercepit ex rebus pupillaribus iam tutor. Quodsi quid admisit, ante tamen admisit, quam tutor esset, quamvis in bonis pupilli vel in tutela, non potest suspectus tutor postulari, quia delictum tutelam praecessit; proinde si pupilli substantiam expilavit, sed antequam tutor esset, accusari debet expilatae hereditatis crimine, si minus, furti.

§ 6.—Quaeri potest, si tutor fuerit pupilli, idemque sit curator confirmatus adolescenti, an possit ex delictis tutelae suspectus postulari? Et quum possit tutelae a concuratoribus (1) conveniri, consequens erit dicere, cessare suspecti accusationem, quia tutelae agi possit deposito officio et alio sumto.

§ 7.—Idem erit quaerendum, et si proponas, aliquem desiisse esse tutorem, et rursum coepisse, utputa usque ad tempus, vel ad conditionem erat datus, deinde iterum vel superveniente conditione testamentaria, vel etiam a Praetore postea datus est, an suspectus postulari possit? Et quia duae tutelae sunt, si est, qui eum tutelae iudicio conveniat, aequissimum erit dicere, cessare crimen suspecti.

(1) contutoribus, *la Vulg.*

**2.** El mismo; *De todos los tribunales, libro I.*—También el liberto será remitido al Prefecto de la ciudad para ser castigado, si se probare que administró fraudulentamente la tutela de los hijos de su patrono.

**3.** El mismo; *Comentarios al Edicto, libro XXXV.*—También el tutor puede acusar de sospechoso á su contutor, ya si aun continuase siendo tutor, ya si él mismo hubiere dejado de serlo, pero el contutor continúe siendo tutor; y así lo respondió por rescripto el Divino Severo. Además, el Divino Pío respondió por rescripto á Cecilio Petino, que el tutor removido por sospechoso podía acusar de sospechosos á sus contutores.

§ 1.—También los libertos de los pupilos obrarán con gratitud, si acusaren de sospechosos á los tutores ó á los curadores de estos, que administren mal los bienes de los patronos ó de los hijos de los patronos; pero si quisieran acusar como sospechoso en la tutela á su propio patrono, es mejor que los libertos sean repelidos de la acusación, á fin de que en el mismo conocimiento de ella no surja alguna cosa más grave, como quiera que esto esté expedito para todos los demás.

§ 2.—Mas no solamente el curador del adolescente, sino también el del furioso ó el del pródigo, puede ser removido como sospechoso.

§ 3.—Pero si alguno administra la curatela del que está en el vientre, ó de sus bienes, tampoco estará exento del temor de este delito.

§ 4.—Además de esto se ha de ver, si también sin acusación pueda ser repelido el sospechoso; y es preferible, que deba ser repelido, si al Pretor le constase por evidentísimos argumentos de las cosas, que es sospechoso; lo que se ha de admitir en favor de los pupilos.

§ 5.—Veamos ahora por qué causas sean removidos los sospechosos; y se ha de saber, que es lícito acusar de sospechoso ó por dolo cometido en la tutela, si siendo ya tutor robó acaso en la tutela, ú obró sórdida ó perniciosamente para el pupilo, ó quitó alguna cosa de los bienes del pupilo. Mas si hizo algo, pero lo hizo antes que fuese tutor, aunque en los bienes del pupilo ó en la tutela, no puede el tutor ser acusado de sospechoso, porque el delito precedió á la tutela; por lo cual, si robó los bienes del pupilo, pero antes que fuese tutor, debe ser acusado del delito de herencia robada, y si no, del de hurto.

§ 6.—Se puede preguntar, ¿si uno hubiere sido tutor del pupilo, y el mismo hubiera sido confirmado como curador del adolescente, podría ser acusado de sospechoso por los delitos de la tutela? Y puesto que puede ser demandado con la acción de tutela por sus concuradores, será consiguiente decir, que deja de tener lugar la acusación de sospechoso, porque puede ejercitarse la acción de tutela habiendo dejado un cargo y tomado otro.

§ 7.—¿Se habrá de preguntar lo mismo también si dijeras, que uno dejó de ser tutor, y comenzó de nuevo á serlo, por ejemplo, el que había sido nombrado hasta cierto tiempo, ó bajo condición, y después lo fué nuevamente ó porque se cumple la condición testamentaria, ó también porque fué nombrado luego por el Pretor, podrá ser acusado de sospechoso? Y como hay dos tutelas, si hay quien lo demande con la acción de tutela, será muy justo decir, que deja de haber el delito de sospechoso.

§ 8.—Si autem ipse tutor est solus, numquid, quia tutelae cessat, removendus sit ab hac administratione, quasi in hac suspectus ex eo, quod in aliam male versatus sit? Ergo et in eo, qui curator solus post finitam tutelam confirmatus est, idem dici potest.

§ 9.—Quodsi quis ita tutor datus: «quoad in Italia erit, tutor esto», vel: «quoad trans mare non ierit», an possit suspectus postulari ex eo gestu, quem administravit, antequam trans mare abesset? Et magis est, ut postulari possit, quasi una tutela sit habens intervalla.

§ 10.—Si quis abfuturus reipublicae causa desideravit, in locum suum constitui alium tutorem, an reversus ex ante gesto suspectus postulari possit? Et quia potest ex priore gestu utili actione conveniri, cessabit postulatio.

§ 11.—Si curator ventri bonisque datus fraudulenter versatus sit, deinde tutor datus, an postulari suspectus propter fraudes in cura admissas possit, dubitari potest. Et si quidem habet contutores, non poterit postulari, quia conveniri potest, si non habet, amoveri potest.

§ 12.—Si tutor inimicus pupillo parentibusve eius sit, et generaliter, si qua iusta causa Praetorem moverit, cur non debeat in ea tutela versari, reiicere eum debebit.

§ 13.—Severus et Antoninus rescripserunt Epicurio, tutores, qui res vetitas sine decreto distraxerunt, nihil quidem egisse, verum si per fraudem id fecerunt, removeri eos oportere.

§ 14.—Tutor, qui ad alimenta pupillo praestanda copiam sui non faciat, suspectus est, poteritque removeri.

§ 15.—Sed si non latitet, sed praesens nihil posse decerni contendit, quasi inopibus (1), si datis pupillo advocatis in mendacio revincatur (2), ad Praefectum urbis remittendus est; neque enim interest, id agere quemquam, ut corrupta fide inquisitionis tutor constituatur, an bona fide constitutum velut praedonem bonis alienis incumbere. Hic ergo non quasi suspectus removebitur, sed remittetur puniendus ea poena, qua solent affici, qui tutelam corruptis ministeriis Praetoris redemerunt.

§ 16.—Qui pecuniam ad praediorum emtionem conferre, neque pecuniam (3) deponere pervicaciter perstant, quoad emtionis occasio inveniatur, vinculis publicis iubentur contineri, et insuper pro suspectis habentur. Sed sciendum est, non omnes hac severitate debere tractari, sed utique humiliores; ceterum eos, qui sunt in aliqua dignitate positi, non opinor vinculis publicis contineri oportere.

§ 17.—Is tutor, qui inconsideranter pupillum vel dolo abstinuit hereditate, potest suspectus postulari.

(1) inopi, *Hal. Vulg.*
(2) *Taur.;* revindicatur, *el códice Fl.;* res iudicatur, *la Vulg*

§ 8.—Pero si él mismo es el único tutor, ¿puesto que no tiene lugar la acción de tutela, habrá de ser acaso removido de esta administración, como siendo sospechoso en esta porque se haya conducido mal en la otra? Luego puede decirse lo mismo también respecto del que fué confirmado como único curador después de finida la tutela.

§ 9.—Pero si uno hubiera sido nombrado tutor de este modo: «sea tutor mientras estuviere en Italia», ó «mientras no se fuere á ultramar», ¿podrá ser acusado de sospechoso por la administración que ejerció antes que se marchase á ultramar? Y es más cierto que puede ser acusado, como si esta fuese una sola tutela, que tuviera intérvalos.

§ 10.—Si el que se había de ausentar por causa de la república solicitó que en su lugar se nombrase otro tutor, ¿podrá ser acusado de sospechoso á su regreso por lo que antes administró? Y como con la acción útil puede ser demandado por su anterior administración, dejará de tener lugar la acusación.

§ 11.—Si el curador nombrado para el que está en el vientre y para los bienes hubiera procedido con fraude, y después hubiera sido nombrado tutor, se puede dudar si podría ser acusado de sospechoso por los fraudes cometidos en la curatela. Y si verdaderamente tiene contutores, no podrá ser acusado, porque puede ser demandado, y si no los tiene, puede ser removido.

§ 12.—Si el tutor fuera enemigo del pupilo ó de sus ascendientes, y en general, si alguna justa causa moviere al Pretor para que no deba intervenir en aquella tutela, deberá rechazarlo.

§ 13.—Severo y Antonino respondieron por rescripto á Epicurio, que los tutores que vendieron sin decreto bienes que estaban vedados vender, no hicieron ciertamente nada válido, pero que si esto lo hicieron con fraude, debian ser removidos.

§ 14.—El tutor que no haga acto de presencia para prestar alimentos á su pupilo, es sospechoso, y podrá ser removido.

§ 15.—Pero si no se ocultase, sino que estando presente sostiene que nada se le puede señalar, así como á los pobres, si habiéndosele nombrado abogados al pupilo fuera convicto de mentira, ha de ser remitido al Prefecto de la ciudad; porque no importa que esto lo haga alguien para ser nombrado tutor, habiendo adulterado el resultado de la información, ó que nombrado de buena fé se inmiscuya como ladrón en los bienes ajenos. Así, pues, este no será removido como sospechoso, sino que será remitido para ser castigado con la pena con que suelen ser castigados los que obtuvieron la tutela habiendo corrompido las funciones del Pretor.

§ 16.—Los que no persisten con constancia en reunir dinero para la compra de predios, ni en depositar el dinero hasta que se halle ocasión para la compra, se manda que sean encerrados en las cárceles públicas, y que además sean considerados como sospechosos. Pero se ha de saber, que no todos deben ser tratados con esta severidad, sino solamente los de más humilde clase; pero los que se hallan constituidos en alguna dignidad, no opino que deban ser encerrados en las cárceles públicas.

§ 17.—El tutor que inconsideradamente ó con dolo abstuvo de la herencia al pupilo, puede ser acusado de sospechoso.

(3) Tutores, qui repertorium non fecerunt, vel pecuniam neque ad praediorum comparationem conferre, neque deponere, *Hal.*

§ 18.—Qui ob segnitiam, vel rusticitatem, inertiam, simplicitatem, vel ineptiam remotus sit, in hac causa est, ut integra existimatione tutela vel cura abeat. Sed et si quis (1) ob fraudem non removebit aliquem, sed ei adiunxerit, non erit famosus, quia non est abire tutela iussus;

§ 18.—El que hubiere sido removido por su pereza, ó por su rusticidad, impericia, simplicidad, ó ineptitud, se halla en el caso de salir de la tutela ó de la curatela, quedándole íntegra su reputación. Pero si alguno no removiere á otro por fraude, sino que le agregare otro, no será infame, porque no se le mandó apartarse de la tutela;

**4.** Idem *libro I. de omnibus tribunalibus.*—hae enim causae faciunt, ut integra existimatione tutela vel cura quis abeat.

§ 1.—Decreto igitur debebit causa removendi significari, ut appareat de existimatione.

§ 2.—Quid ergo, si non significaverit causam remotionis decreto suo? Papinianus ait, debuisse dici, hunc integrae esse famae; et est verum.

§ 3.—Si Praetor sententia sua non removerit tutela, sed gerere prohibuit, dicendum est, magis esse, ut et hic desinat tutor esse.

§ 4.—Qui nihil gesserunt, non possunt suspecti postulari, verum ob ignaviam, vel negligentiam, vel dolum, si dolo fecerunt, possunt removeri.

**4.** El mismo; *De todos los tribunales, libro I.*—porque estas causas hacen que uno se separe de la tutela ó de la curatela, quedándole íntegra su reputación.

§ 1.—Así, pues, se deberá significar en el decreto la causa de ser removido, para que se vea respecto á su reputación.

§ 2.—¿Qué se dirá, pues, si en su decreto no hubiere significado la causa de la remoción? Dice Papiniano, que se debió decir que este era de íntegra fama; y es verdad.

§ 3.—Si el Pretor no lo hubiere removido de la tutela con su sentencia, sino que le hubiere prohibido administrar, se ha de decir, que es más cierto que también este deja de ser tutor.

§ 4.—Los que nada administraron no pueden ser acusados de sospechosos, pero pueden ser removidos por su desidia, ó por su negligencia, ó por su dolo, si obraron con dolo.

**5.** Idem *libro III. Disputationum.*— Suspectus fieri is quoque, qui satis dederit, vel nunc offerat, potest; expedit enim pupillo, rem suam salvam fore, quam tabulas rem salvam fore (2) cautionis habere; nec ferendus est contutor, qui ideo collegam suum suspectum non fecit, quoniam cautum erat pupillo,

**5.** El mismo; *Disputas, libro III.*—Puede ser acusado de sospechoso también el que hubiere dado fianza, ó la ofrezca ahora; porque al pupilo le conviene que hayan de quedar á salvo sus bienes, más bien que tener escrituras de caución de que le quedarán salvos los bienes; y no ha de ser tolerado el contutor que no acusó de sospechoso á su colega por esto, porque se le había dado caución al pupilo,

**6.** Callistratus *libro IV. de Cognitionibus.*—quia satisdatio propositum tutoris malevolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem praestat.

**6.** Calistrato; *De las Jurisdicciones, libro IV.*—porque el afianzamiento no cambia el malévolo propósito del tutor, sino que dá facultad para hacer por más tiempo depredaciones en los bienes familiares.

**7.** Ulpianus *libro I. de omnibus tribunalibus.*—Impuberibus quidem non permittitur (3) suspectos facere; adolescentibus plane volentibus suspectos facere curatores suos permittitur, dummodo ex consilio necessariorum id faciant.

§ 1.—Si fraus non sit admissa, sed lata negligentia, quia ista prope fraudem accedit, removeri hunc quasi suspectum oportet.

§ 2.—Praeterea accesserunt quaedam species ex Epistola Imperatoris nostri et Divi Severi ad Atrium Clonium (4). Nam adversus eos, qui, ne alimenta decernantur, sui copiam perseverant non facere, ut suis rebus careant, praecipitur; reique servandae causa pupillus in possessionem mittatur eius, qui suspectus sententia sua factus est, quaeque mora deteriora futura sunt, curatore dato distrahi iubentur.

§ 3.—Item si quis tutor datus non compareat, solet Edictis evocari, novissimeque, si copiam sui non fecerit, ut suspectus removeri ob hoc ipsum, quod copiam sui non fecit; quod et perraro, et diligenti habita inquisitione faciendum est.

**7.** Ulpiano; *De todos los tribunales, libro I.*—A la verdad, á los impúberos no se les permite acusar de sospechosos; pero á los adolescentes, que quieran acusar de sospechosos á sus curadores, se les permite, con tal que hagan esto por consejo de sus parientes.

§ 1.—Si no se hubiera cometido fraude, sino negligencia lata, como esta es próxima al fraude, debe ser removido este como sospechoso.

§ 2.—Además de estos se agregaron otros casos en virtud de la Epístola de nuestro Emperador y del Divino Severo á Atrio Clonio. Porque en ella se dispone contra los que perseveran en no comparecer para que no se decreten alimentos, que sean privados de sus propios bienes; y que para conservarlos sea puesto el pupilo en posesión de los bienes del que por su propio dictámen se hizo sospechoso, y se manda que, habiéndose nombrado un curador, se vendan los que con el tiempo se han de deteriorar.

§ 3.—Asimismo, si no compareciese algún curador nombrado, se le suele llamar por Edictos, y últimamente, si no se presentare, suele ser removido como sospechoso por esto mismo, porque no se presentó; lo que se ha de hacer muy raras veces, y habiéndose hecho diligente investigación.

(1) quis, *omítela Hal.*
(2) rem salvam fore, *omítelas Hal.*
(3) tutores, *inserta la Vulg.*

(4) *Así Taur. al márgen;* Atriunculonium, *en el texto* Atrium colonum, *la Vulg.;* Atrium Colonum, *Hal.*